

Tantæ Molis erat Romanam condere Gentem,
Vnde Leone potens AVSTRIA origo fuit.

Ars diuina facit, reuerenter Mundus honorat,
Persequitur Satan, seruat ab hoste Deus.

MOLES COLOSSÆA.

Angelica, Myſtica, Auſtriaca.

JNSVPER

AVSTRIACÆ PIETATIS

Triumphus:

TRINA VICTORIA AVSPICATVS.

COLOSSVS
ANGELICVS, AVSTRIACVS.
Siue
AVSTRIÆ SOBOLIS
Admiranda Moles Apocalypsea,

Religione constans.

MAIESTATE RARA.

MATRIMONIIS INGENS.

Item

AVSTRIACÆ PIETATIS

Per felicissima Coniugia, & omnia Catholica

In vnico ex XVII. interfecti Colubris
recisso capite

TRIPLEX TRIVMPHVS,

Nouo apparatu exhibitus

A F. Didaco de Lequile, atque ab eodem

AD CATHOLICVM REGEM PHILIPPVM IV.
Missum.

Ad quem auctor alterum etiam sui laboris Gentilitium consecrans, varia modo
vna cum insigni historia de Christina Suetiæ Regina scribit, duplici iacta
eicone, super qua nonnulla, haud quidem
spernenda commentatur.

OENIPONTI

Excudebat Hieronymus Agricola. 1659.

SVPERIORVM PERMISSV.

PARS PRIOR.

IN QVA REGI CATHOLICO SVB PEREGRINO, AC INGENTI SIMVLACRO Domus suæ, quamplurimis Coniugibus conspicua, repræsentatur.

PRIMA DIVISIO.

MYSTICVS COLOSSVS.

QVot aurea rationalis Naturæ ligamina, immò quot CATHOLICÆ ECCLESIÆ coniugali fędere multiplicata SACRAMENTA in hoc altero mei perassidui, & nondum interrupti laboris volumine, Tibi (cui pro omnis Maiestatis, ac ingenuitatis, ingentisque cumuli bonorum, munerumq; summa supra cæteros Orbis Terrarum Monarchas pluris est, quam Monarchica Potentia, CATHOLICA PIETAS, per quam CATHOLICI Nomenclatura Austriacis Principibus hæreditariò videtur trasmissa) exhibeo: tot simul penè exprimo Trophęa, Auorum tuorum Pietati auspicatissima, Augustissima. Trophęa, inquam, quibus

Tot Matrimonia sunt Pietatis Austriacæ Trophæa.

quib' ea omnia proculdubio sponte cedunt, reuerenterq; vnde olim nominatorum Cæsarum in totius Mundi capite, in eiusque Capitolio triumphantium, Ethnica vanitas, ambitio, fastus, tyrannis conualuere, conclaruere.

In eo CATHOLICA tua MAIESTAS vtriusque sexus Maiorum, Auorum, Progenitorum, Consanguineorum, Patruum, Patruelium, tuimet, tuorumq; Connubia omnia, nouo ordine iconibus sculpta, plurimisq; argumentis, historijsque illustrata in vnum cōspiciet: Soboles, Genealogias, Successiones, Posteros. Capietque (& quidem hilaritate spiritus, ac cordis lætitia) Apostolicum oraculum, Austriæ Genti maximè pronunciatum, ab eademq; opere completum, *Corporalis exercitatio ad modicū vtilis est, Pietas ad omnia valet.* Propterea suo Magno Alexandro Magnus & Magister dicere solebat, *Promorem esse Deum in eos, qui eum maximè colunt.* Valere profectò AVSTRIACAM PIETATEM, sibi suæque Posteritati FORTVNAM, quę sub septenarij numeri Horoscopo humanę felicitatis apicem satis mortalibus indicat, in altera primi totius operis libri antelocutione valdè copiosè quamplurimis rationibus ostensum est.

1. ad Timot. cap. 4.

In Deth. ad Alexand.

In Hypothesi pro num. VII. pag. 10.

Tantorum germinum vbertatem, in Paradiso Voluptatis Austrię sub Germano Hispanoque Cœlo varijs hinc inde imaginibus ęre expressorum, aureis ramis, gemmatis floribus, stellantibus fructibus vnà cum numerosa Prole, ex eadem erumpente radice, tuorum pręcipua concepit PIETAS, peperitque IMMACVLATA RELIGIO; simulque in gremio Catholicæ Ecclesiæ, quam innumeris hucusq; impleuere oblectamentis, plantauit, excoluit. Atque super omnium votorum granditatem perenni ferè incremento, incredibili ac mira cultura fouit.

Pietas tanquam alterum terrestrem Paradisum Austriam sobolem effecit.

Iugalia Scuta, quæ in hoc II. tuæ Auitæ Pietatis Gentilitio sub haud contemnenda serie continentur, veluti in vnum, tanquam genuina membra, ingenti aptanda corpori, confluunt Colossum. Constanturque procul dubio supra communem hominum conditionem. Eius immodicæ proceritatis structura

ra tanto Rhodianam, cæterorum maximam supergreditur dignitate (vt non inter septem Mundi, sed inter clarissimarum Familiarum, Serenitate, ac Maiestate pollentium, miracula, tanquam maximum in hoc genere omnium miraculorum miraculū, imò inter Numinis mirabilia iure merito collocetur) quanto artifex Cælestis terrenum, nostriq; materies prospectusque illius congeriem, formamque nobilitate, atque admiratione antecellit. Eo vel maximè quia huius admiranda sublimitas haud septuaginta cubitorum mensurâ, sed plus quam 100. eminentibus Coniugibus diuina quadam arte formatur. Genus Austriacū veluti ingens Colossus etiam Rhodiano maior.

Moles illa solaris, sola Rhodiensibus, quinimmò & Mundo, nimia opificij, opificis artisque claritate (non secus ac Sol astra) alios nonnullos obscurasse magni nominis Colossos, atque supra omnes alios in admiratione fuisse, ex Plinio compertum habeo. Scio & æneum alium, Strabone auctore, in Galatia, Iouem referentem, quin & binos illos ex vno lapide in Thebis Ægypti, & quos idem Plinius hisce verbis commemorat. *In Capitolio,* inquit, *erat translatus Apollo à M. Lucullo ex Apollonia Ponti Vrbe. Talis in campo Martio Iuppiter à Claudio Cæsare dicatus. Talis & Tarenti factus à Sisippo 40. cubitorum. Mirum in eo, quod manu (vt ferunt) mobilis, ea ratio libramenti fuerat, vt nullis conuelleretur procellis; id quidem prouidisse & artifex dicitur modico interuallo, vnde maxime flatū opus erat frangi, opposita columna.* De Colosso isthoc Tarenti, perantiquæ meæ Prouinciæ Ciuitatis, Cathedra Episcopali insignitæ, tuique Catholici regiminis subiectæ, etiam meminit Strabo, quem & æreum fuisse tradit, & Rodiano ferè adæquandum, quin & ibi Heraclis & æream statuam Colossi amplitudine eius Lisimachi industria confectam scribit. Colossus Rhodianus supra omnes alios vetustissimos. Lib. 11. & 17. Lib. 34. cap. 7 Lib. 6.

Eodem quoque modo mysticum hunc ex Austrij tui Generis (cuius origo Romanam Gentem, ab incunabulis Piam, dignitate Regiam, titulis Augustam, Potentia notam, Religione Catholicam, Sanctitate conspicuam) connubijs quamplurimis admirandum in modum fabrefactum Colossum, cœlesti dicatum Hymeneo, tuæque Maiestatis obtutibus, licet rudi calamo subiectum, cuiuscunque terrarum Orbis vetustissimæ Monstratum est in 1. sent. 1 Gentili. Excur. 5. fol. 124

splendidissimæque Prosapiæ longè anteferri, ratio ipsa ne dum historia conuincit. In Rhodiano illo Colosso vnicam tantùm Solis ideam, ac essentiam ars supervacanea exprimebat, cæca superstitio adorabat: In hoc verò, soles innumeros tot Matrimoniorum orbes circumlustrantes, & quidquid Austriacum sanctum est in virtutibus, augustum in fama, faustum in felicitate, gloriosum in potentia, magnum in nomine, Terra suspicit, Cœlum spectat, Inferi reuerentur, superi admirantur.

Quot matrimonia tot soles fuat in Colosso Austriaco.

Veluti indignabunda in miraculum illud, quod Chares Lydius confecerat, post 56. annum facto terræmotu irruit Natura, prostrauitque, ne amplius quasi in eius miranda insolesceret. Sed quid? num misero, irreparabilique reducto excidio, quin deinceps miraculo esset, efficiendi præualuit? Et quidem minimè, ibi enim plurimorum miraculorum maius incrementum inuenit, vbi ruinæ passum est detrimentum. Paucì pollicem eius amplectebantur, maiores erant digiti, quam pleræque statuæ, vasti specus hiabant de fractis membris; spectabantur intus magnæ molis, quorum pondere stabiliuerat constituens, duodecim annorum curricula in assumpto labore consumens. At PIETAS AVSTRIACA, e visceribus pijssimis PERLEONIÆ Sobolis christianissimè deducta, læta facie, artificiosaque manu supra omnem ipsius Naturæ expectationem tot Matrimoniorum cumulum ter maximum, veluti nouum mysticumque Colossum succedentibus generationibus ulterius protrahendum, intra quatuor seculorum spacium nondum perfecit, licet feliciter inceperit, atque adhuc continuarit. Eius interitus cum venerit (stirpium enim moles quarumcunque grandium temporum necessitati, ac vicissitudini subiacent, vicinisque ærumniosioribus) erit quoque miraculo, tum propter durationem tantam, cuius admirabunda posteritas semper recordabitur; tum propter eius constructionẽ, in artubus, seu partib⁹, astra ipsa nobilitatis sumitate pertingentibus, Solẽ ipsum claritate serenitatis obnubilantibus, dissolutã.

Ex Plinio loco citato.

Zonaras, cui & Platina assentitur, in Constante, Heraclij Nepote memorat, ipso Imperatore ab Agarenis in Phænice Lyciæ

Zonar. in Const. Platin. in Mar. 1.

ciæ

ciæ portu deuicto, Agarenos, obsistente nemine, etiam Rhodo Insula subacta, celebratum huiusmodi Colossum demolitos fuisse, cuius æs Iudæus quidam mercatus, nongentis Camelis onustis fertur asportasse. Verum longè quidem maius esset gloriæ pondus etiam è casuro generis tui Colosso, vsque ad omnium mortalium obitum linguis, calamis nimiũ ad portandum difficile: imò grauius illo esset, quod de Physitera Oceani Africani Bellua tradit Olaus. Hæc animata moles, subdit Albertus, non modo nauigia aquarum vomitu demergit, sed adeò excrescit, vt vastitatem suam trecenta iuga bouum non trahant: ex ea manat odor ille, cui *Ambraca* nomen est. Postquam igitur GENS AVSTRIACA, quæ Religione, Pietate, Christianis Virtutibus, exemplis *Christi bonus odor est in omni loco*, interierit, & quidem non sine maxima totius Ecclesiæ iactura, in omni æuo eius granditudo, tot celeberrimis coniugibus extensa, admirabilis predicabitur, licet à nullius viribus quantumuis humanitus magnificis eius laudum onera, omnem penè mensuram excedentia, sustentarentur.

Lib. 21. cap. 6. ex Plin. lib. 9. cap. 4. apud Maiol. par. 2. Colloq. 9.

2. Corinth. cap. 2.

Retrahatur quæso Maiestatis tuæ mens ingenua ab isthoc interitu, soli Deo, cuius mensura est æternitas, noto, & à me nescio qua de causa in medium ducto. Atq; in tantæ Sobolis incremento, pro bono totius Mundi Orthodoxi perennando, eò conuertat intuitum, quò ad eius incipiendum, propagandum, instituendumq; Colossum inter hostium molimina PIETAS congeminauit miracula. Mirari interim magis libet Rhodientium stultitiam, qui tantam molem æream construxerant auertendæ pestis causa, quæ tum sæuissimè in ea vrbe grassabatur, teste Nicephoro, spem impiè conijciente in mutum simulacrum irridendumq; Deum, qui nec suis viribus, nec hominum auxilio posset consistere; essetque iacens omnium conculcationi fact⁹, & in innumeras partes diuidendus. At magis magisq; admiretur veri Numinis nunquã decepta, ac decipienda Prouidentia in tam imẽnsa Matrimoniorum congerie, quæ Pietatis arte, ac ope in lethalis pestilentiæ irrumpentium Schismatum, depopulatium tyrannidum, errorumq; debaccatium

Lib. 5. cap. 12.

 ener-

tum euersionem hoc Colossæum simulacrum, *Deo, Angelis, Hominibus spectabile* mirifice fabrefactum, exhibuit.

Iam temporis plenitudo iminebat, quando *excelsus Dominus*, qui *alta de longe cognoscit* tantæ molis erat accinctus fundamenta iacere. Iecit tandem, & vt essent miraculo, suisq; prorsus digna opificij, non autem alterius, qui ipsemet non esset, tunc plantas construere opere precium duxit, cum Petri de Leone Romani Pium Catholicumque Genus medijs Arnaldistarum machinamentis, viribus Conradi Cæsaris firmiter sustentatis, funditus eradicare nitebatur Satan. Nullum robur profectò valdè magis in Ecclesia pertimescendum, quam vbi Tartareus hostis aduersus eam Hæreses armat, schismataque impellit. His cuneis SACROSANCTAM SEDEM APOSTOLICAM ROMANAM anno 1145. sub Pontifice Eugenio III. addita quoq; multorũ Romanorũ, Arnaldi Brixiani, in Consilio Lateranensis antea hæreseos damnati, peruersis suasionibus contra legitimũ Christi Vicariũ, ac Ecclesiasticã libertatẽ festiuè adhærentiũ, seditione formidolosa, inexterminiũ Auernus liuor redigere conabatur. Verùm præfatus Eques Petrus Leo, opere, sermone, diuitijs, ac nobilitate supra omnes Patritios nimium potens, maiorque, quin & ferè tota eius generosæ familiæ pars zelum Religionis tãto Duci, tantæq; eius Cateruæ quorũ feralis motio omnes Ciues penè terruerat, magnaminiter opposuit, vitæ propriæ suorumq; discrimina, ne dum bonorum omnium, quæ maxima erant, iacturam paruipendens.

Psal. 137.

Legatur sect. 2. circar. v. Gent. 2.

sub Innocentio II.

Tantum animi robur, omniũ animaliũ regi propriũ, in Equite tanto, è quo tuæ stirpis fons, & scaturigo, non aliunde ortũ habuisse, annales produnt, quam è Parentum sanguine, adeo vt potuerit dicere, *Ab infantia mea creuit mecum miseratio*, & continuum vnà cum hac miseratione erga Romanam sedem studium. Semper quidem Perleones instar columnarum immobilium pro Ecclesia, & pro veris Christi Vicarijs contra Tirannos steterunt. Romanos, Arnaldi dementiâ (Heluetię partibus vbi aufugerat *tanquam anguis in herba* hactenus latentis, defunctoq; Lucio Papa, Vrbem ingressi, ac pestiferũ caput altius exerentis, ne-

Iob. 31.

nefarijsq; suis declamationibus seditiosi Populi furijs faces planè ardentes ministrantis) deprauatos, non solum in S. R. E. Cardinales, sed etiam in complures ex Nobilioribus Romanorum Familijs, qui pro Ecclesia ac Pontifice rem agebant, eâdem insaniâ, & furore debaccatos esse, ex Othone Frisingense, & Gunthero Poeta Ligurino illorum temporum, in quibus etiam floruere, scriptoribus pro explorato habetur. Hos autem fuisse *Frangipanes*, ac *Perleones*, ipsorum delirantium hæreticorum epistolâ, ad Regem Romanorum Conradum missâ, quam idem Otho recitat, liquidò apparet.

De rebus Friderici lib. 2. cap. 20. In Frider. lib. 3.

Heros iste, Leo cognomine & virtute, nomine verò Petrus, quē super Romani Patritiat⁹ orthodoxa acies spem capitalē iam fundauerat, quidquid piū, quidquid religiosum ꝓ hac re veluti hereditariò à Patre, quē distico, eius sepulchrali lapide sculpto, Alphanus Salerni Archiepiscopus virum percuncta fidelem sedis Apostolicæ vocat (fouerat enim semper partes Pontificias contra schismaticum Imperatorem Henricum) acceperat, ad posteros feliciter propagauit. Hic strenuus Romanæ Ecclesiæ defensor, iam summis pressum angustijs, Codice Vaticano attestante, semper hospitio recepit, defenditque in insula Tiberina inter duos Pontes summum Pontificem Vrbanum II. qui tandem in ædibus tanti receptatoris, & fautoris vltimum vitæ spiritum Deo reddidit. Hic tuæ Serenissimæ familię truncus firmissimus sanè visus est, ac nimio labore affectus pro Paschale II. contra Henricum IV. Fatetur Petrus Diaconus, qui etiam ipsa verba Petri Leonis, in componenda pace, inter Pontificem, & Regem facta distinctè refert. Subditq; eius iusiurandum ex parte D. Paschalis Papæ II. factum Imperatori Henrico, huiusq; iuramentum, ex cuius enarratione tam filiorum ipsiusmet Petri, causam quoque Pontificis agentium, auita constantia, quam magna Perleonum auctoritas, atq; existimatio apud summos Pontifices, Imperatoresq; omnibus fit nota. Et quod valdè mirandum est, adeò hæc sancta ac fortunata audacia progressa est potentiæ, vt carnis, & sanguinis vis, penè insuperabilis, & maximè vbi regnandi cupiditas imminet, aut parum, aut nihil Petri ac liberorum corda subieccerit.

Baron. ex Cassin. Bibliot. tom. 11.

Pet. Diac. in Chron. Cass. lib. 4. cap. 38. & 39.

Hinc

Apud Baron. tom. 12.

In actis Inn. II. ex Vatic. Bibliot.

Hinc eosdem Perleones pro *Gelasio* II. in consanguineos Frangipanes oppositos, eumdemque Pontificem è manibus Gentij Frangipanis ereptū, in Pandulpho Subdiacono, exacto harum rerum inspectore reperio. Nec Petrus Leonis Pseudo-Pontifici Anacleto contra Innocentium II. diu adhæsit, quod is vnà cum Theobaldo Vrbis Prefecto Innocentio Papæ cum Lothario Imperatore Romam venienti obuiam processisse legatur. Filios quoq; ipsius post mortem Anacleti statim Innocentio reconciliatos fuisse S. Bernardus significat, dum ait, *In octauis Pentecostes ipsa die compleuit Deus desiderum nostrũ, Ecclesiæ vnitatem, & Vrbi dando pacem. Nam illa die filij Petri Leonis omnes simul humiliauerunt se ad pedes Domini Papæ, & facti homines eius ligij, iurauerunt ei ligiam fidelitatem.* Quæ generosa fidelitas adeò in eis conualuit, vt aduersus Tiburtinos, qui sollenne Christi Vicario obsequium prestare detrectabant, atq; etiam Arnaldistas Romanos, contra quos pariter magno studio & animi ardore, magnaq; rerum suarum iactura, & vitæ incommodis pro Lucio II. & Eugenio III. commemorato stetere, vt ex tacta ad Cæsarem epistola liquet, pro eodem Innocentio strenuissimè pugnauerint. Demum eosdem quoque vnà cum Frangipanibus Alexandro III. contra Fridericum Imperatorem auxilio fuisse, acta ipsius Alexandri in Vaticana Bibliotheca testantur, in quibus inter cætera hæc leguntur. *Papa Alexander cum Cardinalibus & familijs eorum, relicto Palatio Lateranensi descendit ad tutas domos Frangipanum, & apud S. Mariam Nouam & Castellaniam & Colosseum se cum eis recepit. In quibus diebus Rex Siciliæ audiens hoc, misit ad Papam Alexandrum* III. *duas galeas cum multa pecunia. De qua pecunia suscepta, partem dedit Frangipanibus fidelibus Ecclesiæ, & filijs Petri Leonis, vt strictius obligati ad inuicem, se fortius adiuuarent.*

Epist. 310.

Satanę persecutio in Familiam Perleoniam, vnde huius Colossi fundamentum.

Ergo, vt inceptum filum prosequar, lacessitus, imò & multum offensus Dæmon, seditiosorum rabiem, ac phrenesim, Cæsarisque Conradi III. potentiam, effrenatos eorum tumultus iniustè prorsus, ne dicam tyranicè fouentem, ita virulenter tam in libertatis Ecclesię, Romaniq; Pontificis perniciem, quam

quam in Petri Leonis, eiusq; familię ruinam concitauit, vt hunc inter cæteros, tanquam supra cæteros infestum aduersarium cũ tota eius propemodum sobole non solum è viuis conuellendũ, sed veluti conuulsum sibi absque nulla hæsitatione promiserit. Furentes tumultuarij, his stimulis excitati, satis studiosè eum perdere curabant minis, armis, inuasionibus: Imperator verò duorum filiorum, Rudolphi, & Alberti exilio curabat, qui, reliquis animosiores, tanti Genitoris absque ulla deficiendi formidine sequebantur exemplum. Sed inperscrutabile ineffabilis Dei consilium alterum ex ambombus, Româ explanctatis germinibus, & in Germaniam Helueticam, vt omninò arefierent, translatis, sapientissimè elegit. Ac pro basi Austriaci Generis (quod instar Colossi, in maiorem altitudinem protrahendi, adhuc quoque Maiestati tuæ luminibus reprehesento) iacta cũ primo coniugio radice, vnde hoc 11. Gentilitium incipere par erat, mirum in modum collocauit. Loco cit. sec. 3

Rudolphi I. electio in Reg Rom. vsque ad genua hũc Colossum reduxit.

Hoc primordiali opere supra Habsburgici Comitatus pedum positionẽ, quam iure coniugali Perleonum Frangipanum familia per eundem Albertum acquisierat, diuina Pietate firmato, postea intra 128. annorum spacium, vix quatuor expletis generationibus, ferè ad genua peruenit labor: nimirum cum Comes Rudolphus anno 1273. ad Imperij fastigium (nemine id excogitante) euectus esset. Super quæ genua (mirum dictum) non solum Austriæ Gentis eminere Colossus tunc temporis incipiebat, verum etiam tota Regni Germanici moles, misero ac longo interregno hinc inde impetita, ac penè collapsa, & immaniter scissa, iam melius redacta, erigi videbatur, vt non amplius caderet, sicut deinde, superis adiuuantibus, contigit. Quare memor Diabolus preteritorum, cernensque auorum Perleonũ Pietatem pari Religionis cupidine mirabiliter posteris transfusam, pro qua idem Comes efferbuit, supremumque Regum Romanorum culmen non sine miraculo obtinuit, Othocarianas artes, quibus intra Germaniæ viscera excidia principaliora, ac acerbiora molitus erat, iterum restaurare nõ destitit: Nunc nobiliora Imperij mẽbra armis occupando tyrannicè, nuncque in propatulò, & quod peius erat iniquiusque, etiam subdolè Cæsaris

Diabolus ad artes Orhocari confugit pro perdenda Perleonũ sobole in Germania.

ſaris næcem procurando, eiuſque ſtirpis extinctionem. Cecidit tandem, publico Marte vtrinque digladiante, ſuperbus Rex Boęmus, & Coloſſus tuus vlterius progreſſus eſt, & Satan eius hoſtis præ nimia pectoris ira, imodico excruciata dolore, labia momordit: promiſitque ſe nunquam rebus incepitis pro eius extremo, ac miſerabili caſu finem daturum.

1278. Kal. oct.

Hinc vbi peruentum eſt ad Rudolphum alterum Boęmię Regem, ſuorum adhibita clientum ſocietate, breui eum veneno è medio ſuſtulit. At Ioannē huius Rudolphi filium, ac hæredē, Regiſq; Othocari iam defuncti ex filia Nepotem, Alberto I. Cæſari, Rudolphi I. natu maximo, ac II. fratri ad nefandū, ſacrilegumq; parricidij ſcelus, trib⁹ alijs repertis ſicarijs, pprijs manib⁹ pditoriè infligendum animauit. Quod & fecit impius Nepos, nam in Patruum, ac Tutorem, cuius erat pupillus, ſimulque in *Christum Dñi* euaginauit gladium, occiditq; Orbis Imperatorē.

Rudolphi. II. Bohemiæ Regis obitus ex veneno.

Albertus I. Cæſar occiditur ab impio Nepote Ioanne 1308. Kal. Maij.

Cætera deinde ſuccedentium tempeſtatum à tanto ac tali hoſte in tui generis Coloſſæam ſtructuram mota ſtratagemata Maieſtati tuæ minimè eſſe abſcondita, nemo eſt qui nō aſſentiat. Nondum eius miraculoſa proceritas Theutonicos fines exceſſerat, atq; haſce horas, vbi Maieſtas tua Monarchicum ſolium tenet, humeris pminentibus, quibus geminus Mundus, vetus, nouuſque ſuſtentādus erat, pertigerat, quando iteratis vicibus pluries, ac variè diabolicas experta eſt irruptiones. Putauerim haud minorem ad Iobi Domum quam tuam euertendam Satan adhibuiſſe diligentiam. Omnia Mauortis fulmina, tonitrua, omnes præliorum concuſſiones, ferrique ac ignis tempeſtates omnes, hoſtileſue impetus, & excogitabiles nocendi artes, adhibita malorum hominum malitia, vt eam ſine ſpe reſurgendi pijceret, & è Mundo abijceret, nulla facta mora, quotieſcunq; in pmptu eſſet occaſio, impulit Satanicus aſt⁹, licet ſemp incaſſum.

Adhuc diadema Germanici Regni paterno ſanguine ſtillabat, nec tamen iratâ fortunâ inſatiabilē nefarij hoſtis iracundiā pacauerat Alberti Cæſaris lacrymabilis cædes, & quod ſumum malorum videri poterat truncatum conſanguinea manu coronatum orbis caput. Dum inter agmina Bauarica viſus ſit truculetior in Fridericū Pulchrū, quē pfligatum, ac victum cernens quaſi

1322. duodecim horarum pu-

quasi triumphum cum Victore Ludouico, more classico resonantibus vndique militaribus tubis, lætis cecinit acclamationibus, non de vnius tantum victoria, sed penè de omnium fratrũ ruina, ac totius familiæ interitu. Super quem forsitan Leopoldus frater cordis, si non corporis fleuit oculis, ac propterea toto illo triennio, quo captiuum Fridericum Cæsarem Boius carcer detinuit, nullam vnquam, vt ferunt, ne leuissimam quidem hilaritatis indicem notam edidit. gna Frideric° pulcher profligatur, & capitur.

Eius tamen ardentem cupidinem aduersi illius rei fefellerunt exitus, quemadmodum & omnium sine liberis filiorum eiusdem Imperatoris fefellit extinctio, solo Alberto Archiduce natu minimo seruato. Ab isthoc enim paternum stẽma fore potius terminandum, quam propagandum natura ipsa, penè sterilis in eo effecta, indubitanter credebat. Membrorum vsum in ipso interdixit, vnde & contracti quoque cognomentum acquisierat, corrupitq; veneni violentia, in pueritia hausti, vel, vt alijs magis placet, arthritidis. Ac propterea, vt reor, coniugali fædere nuptijsque in eo aut ligamen illud; quod Mortis falce inter animam, & corpus rumpitur, dissolui opus erat, aut saltem vim generandi prorsus arefieri, ac simul spem procreandi prolem. Et nihilominus sumus omnium Artifex, qui *de lapidibus suscitare potest filios Abrahæ*, totum id, quod ad omne opificium peragendum quasi miraculosè ordinauerat, per huius contracti Principis matrimonium effecit. Ostenditque tunc maximè suæ Prouidentiæ supra comunem influentiam curam esse præcipuam pro Domo Austriaca tuenda, conseruandaque, atque parata habere juuamina, cum magis eis indigeret, & vt hostilibus machinis, quotidie in Ecclesiam Romanam, eiusq; sumum in terris Pastorem irruentibus resisteret, & vt pericula, ruinis comunibus proximiora euitaret. Albertus II. contractus Stemma paternum quasi per miraculũ propagauit. Matt. cap. 3.

Exitus probant acta: nonne vnico Maximiliano I. Friderici IV. Cæsaris superstite (vt vetustiora exempla reticeam) qui stẽmatis propagator esse debebat, contigit miraculum euidens (at de hoc in parte altera distinctius) sine quo cum Hæredis vita vltimas sui esse periodos necessariò conspiceret Sobolis ge- Maximilian° I miraculosè seruatur. Vide in altera parte epistolæ.

nus, & generis Imperium alijs translatum familijs, non sine magna Dæmonis, Turcicæ tyrannidis, ac Hæresismi impietatis Domini, hilaritate, quamuis maximâ Orbis orthodoxi tristitiâ, inuidus omnis, decori Pontificio Romanæque Ecclesiæ splendori valdè obstrepentis, læta cerneret facie? Quod miraculum omni memoria dignum in hoc Tyrolensi Comitatu, & ab hac Ciuitate Oenipontana parum longè euenisse, in eadem secunda parte Maiestas tua videbit.

Vix deindè hoc tuæ Prosapiæ excelsum opus, nuptiarum multitudine, & conspicuitate vnicum, manu dextra per Carolum v. tritauum tuum Hispanica Regna, & cum eis vtriusq; Siciliæ, quinimò & noui Orbis, veteri propemodum maioris, regimen amplexum fuerat, quod illicò monstrosus mysticusq; *Goliath* Diabolus *egressus est de castris Phylistinorum*, qui cum potione cadentes interpretentur, amore Mundi inebriatos, à gratia Dei cadentes in culpam, & à culpa deinde in Geheñam irruentes denotat. Sed adeò fortiter, terribiliterq; armatus exiuit, sperans non tantum solum Familiæ caput è tota Augustissima Domo, sed totam simul Augustissimam Domum dissoluere, membratimque per cætera membra iam penè extincta truncare, vt nunquam ad omne humanum genus perdendum tot tantisq; copijs, exercitibus, ex quatuor ferè Mundi partibus conuocatis, ita stipatus visus sit. Et sanè exterminij facinus nō ꝑmittebatur, pro ea explanĉtāda ab Ecclesia, quin & ab ipso Mundo eliminanda, ipsam Mauricis armis, Geldricis, Othomannicis, Hungaricis, Peloponnesiacis, Hetruscis, Lybicis, Numidicis, Rhenanis, Saxonicis, Gandauensibus, Gallicis, Germanicis, Italicis hincindè circumuallando?

1. Reg. cap. 17.

Ex D. Ant. de Pad. Dom. 5. in Quadrag.

Dæmon in Carolum v. mouet arma.

Insurrexit in Carolum, vt cum Carolo stirpitus eradicaret genus. Direxit & conglomeratas aies in Ferdinandū fratrem, vt Colossus vtrinque horribiliter impetitus, in preceps absque spe amplius resurgendi abiret. Hac ergo de causa totam Orci potentiam, virulentamq;. Noctis & Acherontis Filiarum armauit iram. Etenim Ioañes Zapolius Transiluaniæ Vaiuoda, qui per eosdem dies, quibus Ferdinandus Rex salutatus fuerat, Regis

Nec Ferdinando fratri parcit Dacijs, & Turcis.

Regis nomē inuaserat, ac tunc Othomannico patrocinio fret⁹, & auxilijs Barbarorū instructus, Hungariam ferro, & igne vastabat. Sed ecce manus Domini super hunc Dæmonis pertimescendum ministrum, Pietate Austriaca in Ferdinando armatas, nam suscepta expeditione Buda Vrbs Hungariæ princeps facili, & innocenti victoria recipitur: Vaiuoda Regno Hungarico, & Dacio Principatu spoliatur, iustissimis è Cælo vindicijs, vt qui peregrinum regnum per summum nefas occuparat, principatu patrio exueretur, & regij nominis amitteret, qui Turcica clientela Christiani nominis dignitatem abiecerat. Fulminatum est potius quam pugnatum, Deo ferè dixerim manum suam commodante, Dei causa pugnantibus.

Nec tamen inuisibilis inimicus, ne formidolosiori vi experiretur, acquieuit. Idcirco in vnico Solimano Africæ domitore, Europæ vastatore, Othomañorum Principum bellicosissimo, ac cum eo totum Orientem in Occidentem mouit, & vt vno prælio Austriacum Imperium verteret, & cum eo Austriam gentem funditus perderet, Viennam aggressus est, Regni Germanici caput, Austriadum Cæsarum sedem, & Occidentalis Romani Imperij veluti alteram Romam. Ipse quidem nequissimus hostis ad tale excidium cum Turca tanto, in tantam straggem inhiante, famelicè aspirans, Babylonijq; Euphratis, Ægyptij Nili, Scythici Tanais, Armeni Tigris incolis Danubium bibens, barbarum ferrum tyrannicè circumfusum in omnem Germaniæ sanguinem, & maxime Austriacum, quem absorbere putabat, inebriare sitiebat. Stetit tamen Colossus *sub potenti manu Dei* horum fratrum consociata, ac hæreditaria existente Pietate: eòque magis ad miraculum stetit, quò vehementiora in eum visa sunt fulmina, impetus validiores.

Hostis inuisibilis non acquiescit.

Fateor, me satis plixè calamū ptrahere coactū esse, si reliqua hostium molimina, semper ferè parata ad Domum tuam è mortalibus conuellendam, enumerare tentauerim. Verum vt quilibet certior omnino fieret, *Pietatem Austriacam ad omnia valere*, ac precipuè ad hanc Colossęam statuam, per matrimonia in ingentem molem redactam, tuendam, sustentandam, continuan-

 dam,

dam, impauidas terrificasque Dęmonis artes, nondum fortassis antea tentatas, in Ferdinandos alteros, nempè II. patruum, ac III superstitem patruelem tuum, & in te ipsum motas hic enarrare, Maiestati tuæ patientiam forsitan non grauabo.

1617. Kal. Iulij. 1618. Kal. Iunij 1619. Kal. Octob. Itaque continuata felicitate tres annos *Ferdinandus* tribus preciosissimis calculis, Cæli vrna eductis, quibus ad Boemiæ, Hungariæ, ac totius Germaniæ Regnum vocatus est, numerauit, eosq; non Consulatibus, sed Regnis, non fascibus, ac securibus, sed sceptris, coronisque initiatos, fastis inscripsit Austriacis. Inter quos id primùm enumerandum, quod Matthia, Maximiliani II. filio fratreq; Germano Rudolphi II. è viuis sublato, varijs hinc inde habitis consultationibus, Euangelicæ Zizaniæ seminator, vt germinarent schismata, bonarum voluntatum triticum in Electoribus suffocare tentauit. Ecclesiastici Francofurtum personaliter inuolarunt, seculares verò per legatos solumodò comparuere: orta statim dissentione non modica vtrinq;, illinc Horthodoxi, istinc verò Heterodoxi, tumultuantibus etiam Ciuibus, hunc vel illum Imperatorem afflagitabant. Interim diuino nutu factum, Hungariæ Boemiæq; Rex Ferdinandus vnanimi septemuirorum calculo contra Diaboli nequitias idoneus est reputatus.

Imposito deinde post nobilem, & coronatam Trieteridem honorum suorum celebratam, Imperatoris nomine, ac Diademate, cum imenso orthodoxi totius Orbis plausu, cæpit Cæsar Augustus & Cæsarem cum Augusto miscere, & hostium victor, & pater populorum. Belli etiam, pacisque ornamentis cum optimis Traianis, magnisque Constantinis, imò cum suis maximis Albertis, Fridericis, Maximilianis, & Carolis propagasset Imperium in ipsis initijs Principatus, nisi *Diaboli inuidia*, qua *mors intrauit in Orbem terrarum* Phlægræa Nouatorum natione montes montibus, Pelion Ossæ, nimirum Principes cum populis conspirantes addidisset, vt è Cælo si fieri posset simul Deum, & Ferdinandum è soliò deturbaret, quin & eijceret, & é tota terra cum sua sobole extirparet.

Contra tri. In trinam Austriacæ Pietatis faciem, vt eius molem cum

genere

genere prosterneret, triplex & horribilius bellum præter alia aduersus Pium Cæsarem excitauit Satan: nempè Boęmicum, Hũgaricum, Dacicum. Abiurato prius Ferdinando, Palatinum Septemuirum Fridericum, Vangionum Principem impia inauguratione Regem proclamant Boæmi, trahuntque in sceleris cognationem affines Morauos, Lusatos, Silesios. Tum externis amicorum Batauorum auxilijs perduellionem armant, aduocantque ad stabiliendum Pseudoregis caducum Thronum plurium Principum auxiliares manus, VVirtembergici, Anhaltini, Ansbacchij, Hassi, Durlachij, aliorumq; Germaniæ Procerum, quibus tanquam suæ impietatis Atlantibus Imperiales Vrbes hæresi laborantes apertè vbiq; arma, militemque suggerebant. Ex altera perte Hungari Bethlenium Gaborem Daciæ Principem, Othomannicis, ac Scythicis subsidijs stipatum, abdicato contra ius, fasque Cæsare, sceptro, ac purpurâ donant, Regisque nomine. Imperare Ferdinandus simul cum hæresi non vult: hærisis cum Ferdinando, in quo Deus regnabat, non potest. Imperatrice Pietate non est mirum, quod hæresis tyranna, omnisq;, eius stipendia metens populus flagitiorum, rebellaret. Mirum fuit tantum illi audaciæ, tantum virium fuisse in regno Pietatis. Verum quid impium non expectari debuit Ferdinandi Pietate armis Boæmicis, Marcomannicis, Batauis, Pannonicis, Daciciéis, Scythicis, Turcicis, & ferè totius non solum Septentrionis, sed Orientis coniuratione circumsessa? — *Hungaricũ. Dacicum.*

Aperto Erebo emissariæ furiæ Hæreseos ministræ omnem ferè Germaniam aduersus Ferdinandum accenderant, sed clausum Cælum non erat, nec deerant illi fulmina, quibus se in Cæsare tutaretur. Stetit in tanto Imperatore Austria Pietas mole, sua, & rebellanti vndantium populorum Oceano constantiæ suæ rupem obiecit; vnde allisi reciprocantes aquarum arietes, non læderent, sed emacularent ad nitorem, quasi non in hominis, sed in scopuli pectus irruissent. Aduersa auersos feriunt, non aduersos, sua vulnera infligente Fortuna, non stantium pectori, sed fugientium tergo. Imersabilis est vera Furtitudo, — *Austria Pietas firma in Ferdinando.*

in

in ipsis naufragijs portum inueniet. Odoriferi succi virtutem esse scias; cum flagrat, fragrat, explicante igne veluti vitali, benè olentem animam. Frangi poterat Imperij ac generis Columen Ferdinandus, non flecti. Nihil nocere potuit illius innocentiæ, quem Cælum non sospitabat tantum, sed armabat, Religionis detrimentis, & lucris Imperij felicitatem metientem, censumque numerantem. Alijs astris cadentibus, nec leuiter quidem Oceano tingitur Australis polus. Nihil illustrius fulgurat, nihil tonat magnificentius, nihil victoriosius Pietate, vbi nubem fregit, & obstantes inimicos halitus disiecit: Iam mutuis certabant officijs Deus, & Ferdinandus: ille Ferdinandi hostes perdebat, hic Dei.

Victoria Boæmica. Praga itaque flagitij Metropolis, & perduellionis caput petitur, vt vno rebellis numini, & Cæsari prostrata in capite Germania caderet. Ita planè accidit, neque visa pugna est iniri cum hostibus, sed cum hostijs, quę in victoria litabantur cælo, suæ causæ manifestis auxilijs patrocinanti; vnde victimarum more ignauè, vel cæderentur, vel cederent. Ipsis primis congressibus exalbescente post Caroli victorias iterum Albi, ad Austriacas acies ex sublimi suburbio iuxta therotrophium, seu stellam, vt vocant, ne victoria spectabilior non esset, cum Friderico Pseudorege sexaginta millium militum exercitus fusus, fugatus, atq; occidione ferè deletus est.

1630. 18. Nou. Cum Cæsaris Pietate multum Victoriæ sibi vindicarunt Maiestatis tuæ Pijssimus Genitor,& Sigismundus III. Sueciæ & Poloniæ Rex auxiliarijs, quas miserant copijs etiā ipsi victores. Erudiri debuit plagis hæretica Aegyptus, quæ beneficis non profecerat. Cicurata est Herculis clauā Lernea Hydra, simulq; prostrata. Illud non infimum locum obtinuit in victoria pluribus laureata prodigijs, quod ea die, imo & hora reddita sit Cæsari, ac Deo Boæmia, quia in Christianis sacris, quæ pseudoeuangelici Fridericiani, vbique execrandi violabant, canebatur ab Orthodoxis Sacerdotibus sollemni ritu Euangelicum illud,

Matth. 22. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt DEI Deo;* quasi nunc supra vetera miracula & Iericuntinas victrices tubas

Sacer-

ſacerdotali non clangore, ſed cantu ſine vllis bombardarum tonitruis, ac fulminibus, vt Deo ſimul reddantur & Cæſari quæ ſua ſunt, non iam Vrbes, ſed regna ipſa expugnentur. Ingenti lucro Boæmia Fridericum amittit, pro quo recuperat Ferdinandum, ſed maiori cum etiam Deum. Ex manubijs Victoriæ Templum B. V. extruitur, ac ſimul tanquam vera Nicopæa victoriarum Architecta decernitur: imò & capitoliũ extruitur in eodem colle pulcherrimarum palmarum feraci. Quid aliud expectari poterat ab Auguſto, qui ex Laureto Mariano prodierat Imperator? Scit cui Planetæ dominatori debeat ſuas victorias Auſtriaca Domus. Hac etiam nunc, quod in primis pijſſimis Ferdinando II. & Philippo III. æqualibus curis diuiſum ferè Orbem orthodoxum regentibus, gratuletur Maieſtas tua. Auſtriacarum rerum Dominâ, Auſpice victoriarum, ſoſpitatrice vrbium, Reginâ populorum, Præſide Regnorum, belli, paciſque Moderatrice pugnatur, vincitur, trimphatur. Interim Palatinus qui Imperialem Auſtriæ Domus Coloſſum è ſuis pedibus amouere laborauerat, excuſſus eſt è ſolio, ex ipſoque Septemvirùm Collegio, adoptato Maximiliano Bauaro, in eadem fuga Boæmico ſceptro, & ſeptemvirali calculo ſimul è manu elabente. Boæmiæ fato Rhenanus Principatus rapitur, partem ſuperiorem Tylleo, inferiorem Spinulâ inclytis bello Ducibus, occupantibus. Ampliſſimam Bibliothecam Palatinæ Aulæ ſpolium princeps, & Philadelphis Regibus dignum Gregorio XV. Pontifici Maximo Ferdinandus Cæſar dono miſit, liberatis ſimul cum hominibus ab hæretico iugo libris ipſis, ac manumiſſis, & pijſſimè magnificentiſſimeq; apud ſupremum Orbis terrarum Doctorem, Chriſtianorumq; ſactorum Regem collocatis.

Templum B. V. extruitur ex ſpolijs Victoriæ.

Bibliotheca Palatina.

A Boęmia Cæſaris felicitas in Hungariam transfertur, & prouocatâ fæcunditate aliam ex alia lauream parit. Gabori Bethlemio Daciæ Principi victorijs Cæſarianis dejectò, fractoq; inauſpicatâ purpurâ regiumque nomen detrahitur, deditis omnibus Cæſari, quæ in Hungarico Regno obtinebat, ac ſi perſonatus tantum Princeps in amphitheatro mundano

Victoria Hũgarica, & Danica.

1621. breuem fabulam sui, populis spectatoribus dedisset. Iterum
1622. ad Rhenum redditur, vbique classico victoriam canente, miraque celeritate à Tylleo triumphatur de Comite Mansfeldio, quem copijs è diuersarum nationum colluuie, in vnum corpus, siue potius monstrum conflatis, fama erat, quatuor potentissimorum Regum personam sustinere, vt maiori cum maiestate vinceretur, & post Pseudoreges, quatuor veri Reges Cæsareis armis vno prælio magnificè funderentur. Nec vnica tantum, sed gemina eodem prælio victoria parta est, reddito post captam Heidelbergam, arcem principem Palatinatus, Deo simul & Cæsari, reuocatoque ad suam priscam patriam Catholico ritu, dudum proscripto. Arridebat post tot bellorum sanguineos nimbos è ferrugineis nubibus læto nuncio Iris, veluti cœlestis mater pacis, tranquillæque serenitatis, cum noua illam belli tempestas disiecit, atque iterum Germanicum Cælum fædè inhorruit, ingentes deinde iras depositurum. A Daciæ Rege Ferdinando Cęsari bellum indicitur, infertur que; sed cęsis eius copijs ad Kalembergam, Lubeccam, & alijs in locis, subactaquę omni ea Regione, quę inter Visurgim, & Albim ad Balthicum Oceanum interiacet, ipsa Holsatia, & Cimbrica Chersoneso debellata, Danus deleto exercitu fugatus, vulneratusq; ad pe-
1623. tendam pacem adigitur. Admirabilis fuit Victorię modus, ac proculdubio è Cœlo elapsus, quam de Halberstatensi Duce, Dani Regis rem bellicam moderante, retulit inuictissimus Tylleus, Cæsarianarum copiarum ductor. Coniurato siquidem aduersus Danos Cælo, quos fulminalium machinarum tonitru, fulgur, ac fulmen, non profligarat, fumi nebula primam mortis imaginem, quam æterna cæcitas mors ipsa sequebatur, obijciens prostrauit, & Austri pro Austricis ab Æolia Empyrei immissi pugnauere. Hanc triplicem Cælestemque Felicitatem, quæ præcipuè tutam consistentemque Austriacæ Stirpis molem Pietas indicaret, Pijssimus Ferdinandus,

nandus, in cuius inaugurationis à septemviris die iterum etiam Mansfeldius lucuelentam cladem accepit, Trinitati Deificæ vnâ cum animi sui voto humillimè in hostis superbissimi, qui etiam, Mantua subiugata, *tactus fuit dolore cordis intrinsecus*, contumeliâ. 1628.
Hinc magis ad iracundiam prouocatus, intuitus est statim inflatis, ac ignitis oculis, elata fronte, superba ceruice *Princeps mundi huius*, qui in Austriacam Gentem *non habet quicquam*, quod Religioni aduersetur; intuitus est, inquã, hanc Domum, hanc molem, non secus ac ingentem Maris scopulum, tumentes procellarum fluctus, gurgites, quarum hiatus rugientes aquarũ montes absorbent, aereosq; vortices, quæ rapida vertigine non antennas modo, sed & grandia nauigia, terrenas arces imitantia, contorta frangunt, parui facientem, sua deridere fulmina, quorum ictibus celebriores omnium æuorum Monarchiæ, ac Prosapiæ, ne in fumum abirent, se obijcere minimè valuere. Et cum hæc visio eius viscera maiori vi extorquerent, *conceptum dolorem retinere* non potens, suorum principaliorum commilitonum allocutus est pectora, nec alio quidem ore, ni fallor, nisi vnico illo Hyppoliti à Lapide, iam ab Alecti face in familiam Austriacam rabidè accenso, quo turbidos ignes instar nouæ Chymeræ diabolicè eructans, in hæc verba prorupisse credo.

Ioan. cap. 12.

Eia, ò Proceres, meiq; vexilliferi fidelissimi, *estote fortes in bello, & pro vestro antiquo serpente pugnate*. Omnium arma contra Latinum, Romanumq; Antichristum, in omnium scelerum coaclam Babilonicam se turpiter volutantem, cui maximum est fulcimentum Germana Hispanaq; tyrannis istius Domus, Imperio nostro, auitæque liberati, quinimò & cõscientiæ vestræ exitiosæ, vt eius radices in cineres redigatis, vnanimiter conuertite. Eam pro vt de Republica nostra merita est Theutoniâ in totum pellite. Ditiones eius, quas amplissimas Imperij beneficio, Antichristiana debaccante autoritate, & vi, consecuta est, & sub Imperio possidet, in Fiscum redigite. Si enim verum est, quod Macchiauellus noster, Religionis Atheisticæ, mihi pergratæ eximius propagator, propugnatorque scripsit: esse dumtaxat in singulis Rebuspublicis familias fatales, quæ

Hippol. à Lapide par. 3. cap. 1. sect. 1.

Lib. 5. Hist. Florent.

earum exitio nascantur: Hæc certè familia Germaniæ nostræ fatalis est, quæ ab exiguis orta initijs, eò progressa est potentiæ, vt toti Imperio nostro formidolosa, imò exitiosa existat. Hac eruta, facilè posthac erit, alteram partem Philipporum, mihi, vobisq; longè infestam, amplamque Iberorum occupantem regionem, & cum ea Americanas oras, in totum subijcere, atque in fatale excidium sine mora ducere. Sublato enim ab ea Imperio Germanico, breui poterit durare in Hispanico. Eius Genus tam latè, ac superbè extensum turmatim percutite, si totam Papatus Romani machinam ruere penitus, vt par est, satagitis.

Dixit, & illicò, vix eius voce intellecta, eius nutibus tartarea Abyssi tuba respondit, contremuitq; illud cauernosum terræ centrũ, totusq; nobilior, ac robustior Heresismi neruus ex Stigio Serpente Cadmeos dentes crescentis belli sparsit semina, omnemque semel, & iterum aduersus Pium Cæsarem Ferdinandum II. armauit Septentrionem, cuius hodie (ehu lachrymabilis casus) precipites, resonantesque acierum, armorumque nimbi Polonicum solum, soliumque penè deperditum, totius Imperij Germanici, quin etiam & Christianitatis Christique Vicarij sedis propugnaculum, Fideiq; Catholicæ antemurale, flagellat, depopulatur. Nisi ferro & igne, non pia manu, sed Herculea omnia simul hęreticæ Hydræ capita plectantur, sobolescit statim eorumdem capitum numerosa familia. Aquilone, procellis, ac vorticibus grauido, aduersus Austriam Felicitatem, quin & familiam totam mugiente, ferenteque è glaciali Mari, madentibus adhuc alis, stillantes tempestates, Germania ferè è suis sedibus mota est, Hispaniaque haud modicè formidine affecta. Scilicet.

Virg. 1. Georg. *Armorum sonitum toto Germania Cælo*
Audijt, insolitis tremuerunt montibus Alpes.

Primus ipse antesignanusque Gostaui Adolphi Sueciæ Regis (cuius filia Virgo Christina hac vltima hæbdomada Octobris presentis anni 1655. Romæ transitura, vt fieret Catholica, huc erit, ac sollemni pompa recepta) ex vltimo Septentrione,

trione seminario illo barbararum nationum, quæ perniciem sæpius Romanis Imperatoribus, & ferè humano generi attulerunt, accessus, cum innumerabili Gothorum, VVandalorum, Finnorum, Finmarchiorum, Finlandorum colluuie, Formidandus fuit. Audiuncti sunt Pomeraniæ Dux, & Hassię Landgrauius, cum Saxone, & Brandeburgio Septemuiris. Francofurtum, Hanauia, Norimberga, Spira cum Argentorato, & alijs magni nominis Imperialibus vrbibus, adiectæ sunt Suecici Regis bellicosissimi, ac victoriosissimi potentiæ, partim vi victæ, partim fœderibus vinctæ. Hinc Cæsariano exercitu sub magno Tylleo summo militum Ductore, toties victore, palmario prorsus viro ad Lipsiam profligato, non solum vsque ad Rhęnum, ac Danubium, sed vsque ad Rhæticas Alpes, huic Comitatui conterminas, cuius confinia & ipsa quoque ferri & ignis irruptiones senserunt, & damna, hostiles incursiones aperto itinere peruenerunt. Quamobrem Suecius veluti Alexander fulmina, quibus ferebatur, intorquens, eodem cursu gloriæ pugnator, victor, ac triumphator, ducentis ferè vrbibus Austriaco Imperio ereptis, Lindauum inter Alpium castra oppugnans, ipsi iugulo Italiæ, & Europæ cordi, gladium, qui tot laureas messuerat, intentauit.

Omne quod Oceanum fontesq; interiacet Istri
Vnius incursus tremuit. Claud. de L.

Miratique ipsi ferè sunt. Stat. lib. 5

Sine ceda subactus
Seruitio Boreas, exarmatiq; Triones
Tempore tam paruo.

Vti & hodie admirantur mortales omnes, hoc quoque modo Poloniæ Regnum à Gostaui Nepote, cui præfata Christina sceptrum renunciauit, acquisitum penè cernentes.

Fama interim multorum linguis loquens, omnia de more in maius augebat, sed non adeò superfluè, seu hiperbolicè, vt haud appropinquauerit veritati, satisque nouum terrorem incuteret. Rebus ita se habentibus, quasi eadem erat omnium

Politicorum sententia nempè imperio Austriaco eius Soboli Germanæ, cuius interitus Hispanicæ quoque minatur finem, iminere exterminium. Nec caderet funditus cum Imperio Domus, quid aliud expectabatur, quam sollenne, ac nunquam rerum Austriacarum articulis intermissum, è Cælo fauentissimi Numinis prodigium, miraculum, ac veluti Fati auxilium? Adfuit opportunissimum, nunquam Astris suorum Austriacorum, quæ maximè in Ferdinando ardebat, auitam Pietatem fallentibus. Quibus verò Principibus Cælum se magis impenderet exhaurietque largitione bonorum, quibus militaret victoriosus coniuratis etiam miraculis: quos auspicatius inopinatis triumphis supra Politicorum coniectorum iudiciaria pseudo-oracula, destinaret, quam illos, qui etiam classico silente Cæli hostibus æternum bellum indicere non desistunt? Enimuerò magnis habitis per totam Germaniam delectibus militum, comparatoque amplissimo exercitu, cui triumphales illi Triumuiri Bauarus, VVallesteinius, Pappenheinius præerant, profligato prius Hornio, ingenti ad Bambergam strage, & expulso à tota Boæmia Saxone Septemuiro, iisdem campis, quibus anno superiore certatum fuerat, orbis terrarum, & Imperij fata felicissimo euentu comittuntur.

Hoc modo erectum caput quod supra vires veterum Gothorum, VVandalorum, Hunnorum, Longobardorum ausus est eminentius videri, in immotam firmamque Catholica in fide ac pietate Austriæ stirpis constantiam impulit Rex Gostauus, immemor, quod *Portæ Inferi non præualebunt aduersus eam*, vsque dum Petræ Ecclesiæ, secundariò fundamentali, ea Religione, quà inhæserunt Progenitores, inhæserit. Heros *fortis impegit*, non *in fortem*, sed in fortiorem (vmbræ enim alarum Dei protegentis bellicus hominum ardor resistere quis vnquam potuit) idcirco non *ambo pariter* ceciderunt, sed impotentior. Quo cæso, ac cruentato, Satanicę coniurationis ceruix ita simul fracta est, vt Suecici Aquilones Austriacis Aquilis cedere fuerint coacti, & concepta non Germaniæ tantum, sed totius Europæ tyrannis, eo occiso in semine elisa remanserit: pris-

Matth. cap. 16.

Ann. 1632. 16. Nouemb.

priscaq; Religio, quæ ruinam sub Trionibus Orbi, & Vrbi minabatur, stante Ferdinandi Pietate, ac in ea totius familiæ Colosseo robore domitisque monstris omnibus, stetit. Per eosdem dies etiam Fridericus Palatinus primus Germaniç tranquillitatis, rerumq; Austriacarum perturbator, obiens, timeri desijt, vndè sua facies Germaniæ reddita fuit.

Euomita noui Attilæ, Dei flagellum sicut vetus denominati, anima tam inquieta, ac terribili, regius sanguis puluere comixtus infecit solum. Adhuc Tyllianæ cladis recenti sanie perfusa terra, & ferè dixerim non cruore magis, quam pudore erubescens, vehemens ille Gothicus turbo, Aquilonis alis biennalibus procellis Germaniam percurrens, tot fulminibus grauis, Astris cum Imperio potius quam cum violentia aduersantibus, expirauit. Qua de re vbi hinc tubarum clangore insonuit terra, omniaque bellica instrumenta, ac tormenta obstrepuere per castra, Cæsarianam Austriacamque Victoriam vsque ad sidera extollentia, illinc statim Pluto repentinis sonitibus, instar Tauri irascentis, mortalibus saggittis confossi, ab antris Tartari mugitus edidit horribiles. Hæc maximè eius cordis trstitiæ completa prognostica longè amplius ei auxerunt dolorem, cum ad spectaculum illud, quo ad pedes colosseos Austriaci generis Septentrionalis Colossus, per quem sui tot seculis mille vicibus artibusque inhiati, & nondum obtenti triumphi trophæum erigire quamcitius credidit, iacebat exanimis, obliqua reuoluit lumina. Et cum iterum in semetipsum crudelior factus, amplas abissi speluncas æterno igne nigrescentes clamoribus impleret, ad eius tronitrua ex chaos sui pectoris exeuntia, *Vocem dederunt nubes*, quin & cælestia Numina, & simul *Vox Domini confringentis cedros* audita est; ore Austriacæ Pietatis illud promens oraculum. *Qui ceciderit super hunc lapidem* Austriacū, *confringetur; super quem verò lapidē* eius firmissimæ Religionis, Hæresismum perenniter more Dauidico in fronte percutientis, *ceciderit, conteret eum*

Hinc sæcula discant
Indomitum nihil esse Pio, tutumque nocenti.

[Margin: Mors Gustaui Adolphi Regis.]
[Margin: Psal. 76.]
[Margin: Psal. 28.]
[Margin: Claud. de hon. cons.]

Dæ-

1. Reg. cap. 5. Dæmonis, indignatione pleni eiulatus, vbi *inuenerunt* non nullis ex suis *Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini,* cui Austria Fides concinnè æquiparatur; repertum est *caput* superbiæ *Dagon & duæ palmæ manuum eius*, nimirum eius gemina fortitudo *abscissæ super limen*, per quod ad domum mortis itur: vbi, inquam, Suecicus *Dagon truncus* mysticè *remanserat in loco suo*, Satanicus fletus eius igneam bilem non solum, Ferdinando III. regnante, non temperauit, sed magis inter carbones accendit. Testantur adhuc Rhenus, Danubius, Albis, Mẹnus, Visurgis, quæ flumina sicut perpetuo vndarum sonantium plausu prodigia victoriarum Ferdinandi immurmurant, ita etiam Erebam indignationem profligatam resonant. Testantur & munitissimæ Vrbes, Donavverda, Augusta, Norlinga, Vormatia, Vberlinga, Friburgum, Norimberga, aliẹque innumerẹ, quas dum pugiles tot palmarum Imperatoris Pijssimi Cæsaris manus expugnauerint, hucvsque & submissas ei turritas frontes inclinant, & cū eis Diabolicẹ elationis insultus Pietati Austriorū Colosseæ velint nolint se in terrā deiectos ostendunt. Verum inscribet prima Ferdinandi gloriæ fastos Ratisbona fortissimè contra coniuratas totius Germaniæ vires defensa cum exercitu ferè careret, sed non pectoris, loricati vallo, constantiâ, Pietate exhibente robur. Sic penè sine armis vicit, *cum fortis armatus* fide esset, *custodiens atrium suum*, ac *in pace ea, quæ possidebat*, restituens. O quot dedecus impudentissimo Spiritui, cuius impudentiæ pondus scindens cælestia, infernalia, terrẹ gremium vsque ad centrum penetrans, in ictu oculi petijt, simul peperere, vbi victrix Ferdinandi Pietas Piaque Fortitudo septemuirali solio Archiepiscopum Principem Moguntiâ restituerint: Morauas, Boẹmicas, VVirtembergicas, Sueuicas, Franconicas, VVestphalas subiugarint; & cum Hispanico tuẹ Maiestatis fratre germano Ferdinando aduersus armatam hæresim pugnauerint.

Felices Ferdinandi III. in bellis euentus.

Ratisbonæ propugnatio.

Lucæ. c. 11.

Elector Maguntinus Cathedræ redditur.

Vt placaret tandem purgatum monstris terrarum orbem Germanus-Hercules, cum Hispano Theseo socia arma coniunxit. Quis amplius geminatos angues, Colubrem capitibus

bus pullulantem, Leones, Apros, Geryones, Centauros, aliaue monstra, è faucib⁹ orci progredientia timeat, cum his Plutonici regni triumphatoribus? Coniurauere vibratis ad vnum centrum fortissimæ Pietatis radijs lucidissima Australis Cœli sidera, altero alterius mutuis splendoribus in coniunctione, vim beneficæ lucis augente. Inimica Cœlo perduellis hæresis sensit tandem duo fulmina belli Austriadas Ferdinandos, qui ferro nominis triumphali armati, ferentibus victricibus Aquilis aligeram prorsus miræ celeritatis victoriam, omnium sæculorũ memoriam coronabunt. Insiderat vni colli Nõrlingano totius Germaniæ salus: in illo cardine versabatur, atque ex illo apice pendebat magna Imperij moles. Adhuc in Hornio, & VVeinmario Suecicarum reliquiarum veteranis Ductoribus spirabat Gustauus, imò spirabat Satan. Quidquid, capite visibili exercitus truncato, iam in penè desperationem corruerat, nec dum Aquilonari turbine, vltimos conatus expromens, aduersus Austrios planè resederat. Adhuc Austriacum Dominum iugum detrectabat perfidia, mordebatque frænum furore brutali. Indignata Ferdinandorum Pietas sub Ferdinando Pio tantum licere impietati, coacto in vnum Germanarum turmarum, Hispanicarum legionum, & Itali militis robore, inito prælio, cum magnam victoriam summa constantia, fortitudinis, prudentiæ laude, omnibus alijs numeratis certatim cumulassent Hispani, Germani, Itali, capto Hornio, VVeinmario fugato, Suecicisque copijs partim cedentibus, partim cæsis, breuibusque reliquijs ex tanto milite numeratis, Germaniam ignominia liberarunt, periculo Religionem, hoste totum Orbem orthodoxum.

Norlingæ Victoria Ferdinandorum Austriadum.

Reliquiæ exercitus Gustaui Regis delentur.

Ita naufragum ferè Aquilone irruente Imperium, geminis Imperatoribus lucidis, & salutaribus Austriaci Cœli sideribus seruatum est, ostensumque quid felicitatis ferat Austria Austriæ iuncta, & geminatum Ferdinandorum Austriadum nomen. Nec dies fefellit sanctitatem, sanctitatemque Victoriæ, quam pollicebatur S. Victori sacer, sanctissimâ deinde, ac faustissimmâ relatâ Victoriâ. Adeò feliciter semper pu-

1639. 8. id. Sept.

 gnant,

gnant, qui Deum Ducem habent, & cælites commilitones. Aquilonares illi Boreæ filij, non Zethes & Calais, sed Hornius, & VVeinmarius Herculeâ tantum manu vinci debebant, & Catholicæ Pietatis Heroes vbi Auerna Impietas ita neruosè duplici pertinacia, animi per errores, & corpore per arma resistebat, non homines hæc Victoria poscebat. Iam citra fabulam non Iouis, sed Germanici Cæsaris Ferdinandi II. Pij, tuæquæ Monarchichæ, ac maximæ Maiestatis iussu, geminæ simul iunctæ Aquilæ, post emensum victorijs orbem, non in Parnassi, sed Nörlingæ colle consedère fortunatissimis auspicijs, vbique tamen lauro, victoriarum honore, supra omnem bicipitis iugi lauretum virescente. Tantum sub Imperatorijs, & Regijs, Austriacis suis auspicijs benignissimum Pietatis Horoscopum reverenter inspicientibus, invictissimi Ferdinandi potuerunt, non huius tantùm prælij spectatores, sed auctores, bellatores, pugnæ apices, & victoriæ. Assurget Norlinganus Collis Capitolino sublimior: non minor hic ex commemorata victoria, quam ille ex Romanis triumphis. Attollet læto murmure spectator Victoriæ Rhenus supra Tiberis gloriam, laureatum toties victorijs Austriacis caput, & adhuc admirabundus prædicabit sub Ferdinandis Austriacis victoris exercitus Imperatoribus, constanter ab Hispanis expectatos fractosque: audacter à Germanis occupatos, fusosque, prudentes ab Italis, & fortiter repressos, fugatosque, totamque eorum armatam, victricemque Pietatem evoluet, quam stupebunt posteri, sæcula omnia celebrabunt, amplissimam dicent, postquam Germania imperat Occidenti, & clarissimum cum Sole Ferdinandæum nomen feret.

Pietas felix Austriæ sobolis Horoscopus.

Cumulatissima felicitas aliam peperit, nec minoris Satanæ despectus, qua Alberti Fridlandij perfidiâ corruente, Germania, quam ruinosa defectio ex suis ferè sedibus convulserat post fædatum Suecico sanguine Rhenum manu victrice Pius Cæsar firmata stetit, stabitque cum sua stirpe quovsque

Fridlandij perfidia detecta, & punita.

Altum

Altum manebit Austriæ gentis decus
Cum Sole & Astris, cumq; luce Romana. Mart in epig. Hauq.

Auster florum alioquin parens, & veris arbiter, Imbricitor tamen est aliquando, & fulminator. Imperiosior in VValensteinio imperandi libido in summam ignominiam deiecit, & solitario sceleri vindictam attulit theatralem. Frequentes laureæ dementarunt superbum victorem: diadema merebatur, non vt coronaret, sed vt ligaret malum sanum caput, tam enormi actũ ambitionis vertigine. Ambijt fasces, securim habuit, neque enim sine securi fasces sunt, & aliquando versa acie regnatorem feriunt. Purpura etiam addita est, sed quam suo sanguine accenderet. Apud Principes gratiosi veluti funambuli in arcto semper versantur, nec nisi cum extremo exitio cadunt. Facile est ad sublimiora pennis non suis volantes, nisi medium virtutis & gratiæ tuti teneant, ex Dædalis Icaros fieri, si præsertim Deorum more, per machinas se se attollant, non gradiantur vt homines. Isti rerum potentes in Principum aulis cursum, recursumque diutinum etiam sperare possunt: Solstitium felicitatis non nisi in paucis punctis inuenient. Magna scelera, quæ furias ab Orco cum facibus incendiarijs excitant, simul Deum ab alto ad fulmina prouocant. In apparatu flagitij facinus atrox Fridlandij orbis terrarum detestatus est, vindictam cum plausu excepit, gratulatusque est imperio, causæ Austriacæ cum tot populorum incolumitate coniunctæ felicitatem, expiatâ vnius victimæ sanguine multorum cæde.

VValleñsteinij violentus in felixq; interitus.

Tot modis tui Generis in suis membris, per grandem Colossum componẽtibus, probata constantia, quæ innumera Diaboli machinamenta, in eam vehementissimo robore impulsa, mille partibus rupta fractaq; retrocedere coegit, postremò lacessitum hostis pectus, odiumque ad alias nocendi artes, & quidem in hac re satis aptas & longè, vt reor, prædictarũ formidolosas convertit. Tales profectò sunt Populorum tumultus, seditiosorum subditorum licentiæ, Domesticorumque proditiones. In similibus enim exempla tam vetera, quam etiam noua illos vndiq; peperere sępènumerò progressus, quibus sine mul-

to labore, sine mora Imperia, Progeniesq; funditus euersa sunt. Plebs quanto humilior cum obedit, tanto superbè insolenterq; tumultuans in Dominos domosq; potentior, ac eis nociuior. Effrenata Catalanorũ licẽtia, Siculus furor, Neapolitana phrenesis, Lusitanorum tyrannis recensiores Diaboli impetus fuere, & in tuam Monarchiam, domumq; valde satis terribiles, exitialesq;. Pijssimo Principi, ac Patruo tuo Ferdinando Cæsari ausa est Austria ipsa, quam veteres chronographi Germaniæ cor
1628. appellant, neoterici verò caput ab Austriaca familia imperante, bellum plebeium mouere, centuritatis ipsis agrorum cultoribus, ausa est. Et quamuis Augustus Heros in quamplurimos Principum exercitus magnanimiter discrimina subiuisset, regiasq; victorias nactus esset: attamen sicut hæc rusticana coniuratio non vacabat periculo (quidquid enim erratur à capite insania est, & lethale vulnus quidquid peccatur in corde) ita prælium istud, quò ratione militum infimum, eò sine militari disciplina elatum atque à magnis Principibus in maximo timore habitum, Imperatoriæ fortitudini, vt citò placaretur, visum est dignum, eiusq; gloriæ, cum victor de eo tantus Cæsar extiterit. Hinc statim Ferdinandus suis triumphator occurrit, qui triumphator prædicabatur etiam apud externos. Iussa est Austria tota Austriacas fasces venerari, & bellum hoc paganum maiori felicitate quia sum̃a celeritate, quam seruile Romanum sopitum est.

At prædictorum Regnorum insuetæ com̃otiones longè amplius quantitate maiores, & qualitate pertimescendæ, Satanicis studijs, quibus propterea magna in tuam Domum excidia breui coniectabantur, nimis secundè, pfectò arridebant. Quia
Isaiæ cap. 59. tamen *non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat* Austriacam progeniem, quæ dexteram sinistramque tam longam habet ad diuinam Fidem ac Pietatem saluandam: *neque aggrauata auris eius vt non exaudiat* eam, cuius aures nullum pondus premit, ne Catholicam proclamantem Religionẽ tyrannicè depressam audiat, amplectatur, subueniat, ideo Dei miserentis fuit, hęc tam proxima ruinæ discrimina præter omnium ferè expectatio-
nem

nem in Inferni tartara, vnde exierant, demergere, ac tuę Monarchicę Pietati insultantia Regna restituere, sine qua, vt toties experimento visum est, tibi subiecti impietatem statim & faciliter amplectuntur. Iam vix pacatis Siculis, ac nostris Neapolitanis, Gallicæ seditiones ortæ sunt, & Arcus dolosus in ipsum conuersus est saggittarium. Iam Regno Cataloniæ totius Hispaniæ propugnaculo subiugato, ac multorum perduellione aliorumque perfidia domita, praxis ipsa illis populis ostendit, quod non Austriaci Principes, quorũ *iugum suaue est, & onus leue, imponunt onera grauia & importabilia super humeros hominum*, sibi naturaliter subjectorum, sed alij, qui in alienam messem falcem mittunt, & quidquid iniustè acquirunt, sine iustitia gubernant, relaxata viuendi licentia, ac conscientiæ libertate, assuetis sub Austriaco pioq; regimine intollerabilibus, miserrimè tractant. Matt. c. 11. & 23.

Accedente Gallorum classe, terreno freto circumducta primò sub Principis Sabaudię Thomæ auctoritate, ac deindè sub Duce de Guisa, tuæ Maiestatis aspernente miserationem, ad Parthenopęa littora, *Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostentationis euidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parere eis, ruentes Dei virtute, in dissolutionem, & formidinem conuerterentur.* 2. Machab. cap. 3.

Nam illo ductore *reuersa est in locum suum* cum magna ignominia post multorum internecionem, aliorumq; capturam ac Neapolitanorũ fides stabiliorem se reddidit: Hoc autem rectore à tẽpestate, & à ventis ꝓfligata, collisa, ac penè consumpta est. Lusitanorum pertinacia in armis Gallicæ ostinationis, aduersus Belgium debacchantis, nõ amplius confidat, dum tot exempla ad paternos sui veri Regis amplexus recurrere, subtracta tyrannidi, nimis potenter suadeant. Intueatur Insubriam, vbi iam è Ticino, cuius robur Franciscus Galliarum Rex vict⁹, captusque cum parua eius penè consumpti exercitus, quæ remanserat, manu, antea expertus fuerat, presidiarius miles obsidione defaticatus, extremam pertimescens cædem, nondum transacto mense castra amouit: Iam memor tam sub comemorato Principe Thoma, quam sub Duce Mutinensi cladis preteritæ ad Tortonæ, & Cremonæ menia passæ. Ac simul expe-

 rientia

rientia credat, quoties Gallorum bella prosperos euentus in alijs partibus per fas aut nefas habuere, toties statim in statu Mediolanensi mutare faciē inceperunt, ac deindè alibi à pristino gradu declinare.

Isaiæ 52. Lucæ 2. Consistat Austria Pietas in superstitibus filijs quemadmodum in Progenitoribus immota constitit, *Et videbit omnis caro salutare Dei nostri*, atq; insuetum erga eius Cōstantiā, perpetuò, ipsomet adiuuante, duraturam, patrocinium, quotiescumq; vrgebit necessitas. Audientque Politici omnes, Macchiauellicæ scolæ discipuli Numinis vocem, hoc modo ipsos, infausta prognostica nescio quo animo ductos de tam Pia tam Catholica Domo fabricantes, alloquentem, redarguentemque, *Non sunt viæ meæ viæ vestræ, nec cogitationes meæ cogitationes vestræ.* Diceturque à veræ Ecclesiæ, verçquæ Pietatis cultoribus, Austriacam stirpem sincerioribus oculis inspicientibus, tenebrarum Principi, vnde tot persecutiones originantur, *Noli autem putare Genus nostrum*, quod nunquam in rebus fidei, ac in zelo Ecclesiæ Romanæ tuendæ deliquit, *à Deo esse derelictum.* Si enim, vt scis, *dixit dominus Salomoni* vindice iracundia motus, *quod auersa esset mens eius* ab eo, (adamauerat enim *mulieres alienigenas multas*) *quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & precepta mea, quæ mandaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo.* Statimque subtexuit, *Verumtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum:* Si, inquam, in successore filio, parenti tam degenere, tot impudicijs ac Ethnicorum superstitionibus per idolatriam, pro qua Deos innumeros, meretricibus ita imperantibus, erexerat, implicato, paterna Pietas plurimi à Deo efficiebatur in Regni, ac generis salute: quanto magis eodem modo *misericors & miserator Dominus*, qui *escam* tam magnam Patrimonij mediis coniugiorum Sacramentis *dedit* Austriacis Principibus, *timentibus se*, semetipsum beneficium ostendet cum horum gnatis, qui nunquam similia somniauere, imò neque ea, quæ per errores aliquot auitæ Pietati, ac Religioni aduersarentur?

1. Machab. cap. 7.

lib 3 Reg. cap 11.

Psal. 110.

In stirpium, ac regiminum Regnorumque ingentibus vastisq;

vastisque Colossis radicitus euertendis, vbi hæredes degeneres pia ac religiosa Proauorum exempla deformi incessu reliquere, si diuinis literis, sacrisque historijs humanisque monumentis fides præstetur, sæpè quidem Cœlestis vindictæ videtur opus. Ad cuius nutum haud rarò sufficit, vt *paruus lapis è monte* suæ potentiæ scindatur, & illorum plantas percutiat, quemadmodū accidit altissimæ Babilonici tyranni statuæ. *Ludit* Dei sapientia *in orbe terrarum*, cōplacetq; multoties, vt Principes, genitoribus degeneres, sibiq; pietate ac virtutibus non ita subiecti, cū Mundi pila in manibus ludant: adeo tamen, vt dum, hilaritate affecti, ludū, seu ludi victoriā tuto habere crediderint, ꝑ ioco ipse habeat, vt erratum cōmittant (Italicè fallo) ac ꝑpterea iniuriosè perdant. Atque in hoc rem quidem facillimam aggreditur, *Adducit enim consilium in stultum finem, & iudices in stuporem, & balthеum Regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum.* Domitianus ille, vti natura sæuus, ita ingenio ferox, & vafer per omnia patri, ac fratri dissimilis, imò Caligulæ, & Neroni similior, paululum antequam moreretur, hanc somniauit veritatem. Dum enim quiesceret sopore nimiò, Mineruam Numen suum tutelare se videre existimabat; quæ cum eb eo proficiscendi omnimodam licentiam peteret, & animo nunquā ite rum ad ipsum redeundi, eam retinere conabatur; ipsa verò se excusans remanere apud eum se amplius non posse, statim aufugit, dixitq;, *se vltra eum tueri non posse, quod exarmata esset à Ioue.* Ita est: Deus iudicium, quod bonis parentibus tribuit, filijs degeneribus aufert; exarmatq; eos, exanimat. Sic Salomon quantum politicæ sciebat, dediscere visus est. Materiem parauit perduellionibus, quæ deindè exterarum Religionum introductione sunt secutæ. In zelotypiam incidit, Ieroboami opera gressusque circumspiciens. Eidem aduersari se declarauit, illaque caruit prouidentia, quæ requirebatur, vt ab eo securus esset, antequā ille in Ægyptum confugeret. Roboanum filium educando, insipienter se quidē gessit, tradidit enim illū nō equitum conuentui, auctoritate, & experientia præditorum, vt ab eis consilium caperet, sed iuuenum tantùm, plurima audacia, &

Dan. c. 2.

Prov. cap. 8.

Iob. cap. 12.

Ex Suet. in Domitiano.

Ex lib. Regū.

pauca

pauca sapientia callentium: qui statim, prima iminente opportunitate, supra saltus eum posuere, ac paulò post in precipitum. Princeps cæteris ditior, qui Palæstinæ dominabantur, postremò ita prodigè, & vt loquuntur Itali(alla peggio) 24. milionum redditus annuales proiecit, vt in posterum esorbitantibus exactionibus, tanquam carnificū gladijs, substantijs subditorum, qui armatis precibus, vt ab eis liberarentur, successorem postea rogauerunt, non lanam tondere, sed pellem omninò trahere, coactus fuerit. Et quidem iustum est, vt omni humana prudentia à Deo Hæres superstes expolietur, qui prudentum genitorum exempla sequi deserit. Imò iustum est, vt in rebus ipsis sapientiæ ac fortitudinis exitus infelices experiatur, vt dicat ille. *Vbi Diuina Prudentia non commilitat consilijs actionibusq; hominum, tunc neque vir consultus, consultus, nec fortis, fortis, sed etiam sapientissima consilia insipienter desinunt, & generosa maximè, & fortia facta turpem, & infamem exitum consequuntur.*

Niceph. lib. 7. Histor

Claudam priorem huius partis diuisionem, sed minimè antequam arcanum quodam Maiestati tuæ aperirem, è diuinis literis perbellè exceptum, & similitudine haud certè contemnenda accomodatum. Puto, eodem ferè modo Deum Sataną, qui *tanquam Leo rugiens circuit*, perambulatque Mundum *querens quem deuoret*, locutum esse de Pietatis ac Religionis Catholicæ excellentia, in Domo tua Austriaca medijs matrimonijs generatione propagata, multorum Regnorum, ac noui Orbis possessione fulcita (Munus veræ cæleste, nulli quantumuis illustri omnium Æuorum Prosapiæ, vt tempora ostendunt, concessum) quò de vitę Iobi præstantia locutus est. Vocans enim eum, hęc ipsi more humano, oreque, misterijs pleno, tuam quoque stirpem forsitan mente voluendo, obiecit. *Nunquid considerasti seruum meum Iob*, & in eo Austriacum Genus, nomini Iobi interpetrationi valdè conforme, cum sit *dolens, gemens, vlulans* super crimina, & scelera, quæ *Pupillam oculi mei* tangunt, æcumenicam Fidem, Romanamque Ecclesiam sponsam meam dilectissimam, ac eius Pastorem, vicem meam gerentem persequendo? *Patiens* magno cum discrimine sui esse

Iob. 1.

Interpretatio nominis Iob.

illorum

illorum hostilitatem, qui à Babilonicæ Meretricis, super septem capitum grandem monstrosamq; Bestiam sedentis, calice inebriati, Clericorum, Monachorumq; sanguine, & maximè eorum capitis tanquam voraces Lupi inebriari desiderant? *Quod non sit ei similis in terra, Simplex* in candore Honestatis, *Rectum* in rebus Pietatis, ac *Timens Deum* in Religionis obseruantia?

Puto etiam, Satan sciscitanti Deo pariter respondisse. *Nunquid* hic mysticus Iob *frustra timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac Domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum. Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in Faciem benedixerit tibi. Cui Dominus: Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt, ecce in manu tua est, veruntamen animam eius*, quæ Pietas est, est Fides Catholica, vnde viuit, respirat, & per quam durat, *serua*. Hâc enim anima seruata, licet in eum, veluti in Iobum, *qui erat vir magnus inter omnes Orientales*, Sabæorum irruptiones, vt omnia ab eo auferrent, filiosque gladio percuterent, ac ignem de Cælo cadentem, Chaldæorum turmas, ventumque vehementem, è regione deserti solutum, suscites, imò & omne tuum robur, tuorumque, ac totius Mundi vim, Idolatras, Ethnicos, Barbaros, Turcas, Mauros, Schismata, Hæreses, Perduellionum furorem, vtriusque hominis aduersa, ærumnas, quilibet eius Princeps inter ipsa mestitiæ signa, incredibili patientia munitus, in Dei laudes prorumperet: semper firmus, etsi in sterquilino positus, semper in fide inconcussus. Sicuti per plura sæcula variè experimentū ꝓbauit,ꝓbatq; adhuc. Quæ omnia cum vera sint, verè etiā peculiare miraculum est Domus Austriacæ, vt in quacunq; rerum varietate, ac fortuna semper eius alumni bene iudicent, sentiantque verbis, & operibus de sponsa Christi Ecclesia, de Romano Pontifice, de Catholicorum cætu, de Ecclesiasticorum Hierarchia, & de eorum diuitijs, ac prouentibus, quorum haud modicos ipsimet pia liberalitate administrarunt.

Mystica obseruatio.

Cap. 1.

Cap. 1.

Quiddignius in Domo Austriaca.

In hoc non me fallunt tempora, quæ hic enarrare super

vacaneum omninò foret, non facinora innumera, ex ſemet toti Mundo patentia, non teſtimonia, omni exceptione conſpicua. Quid ſenſerit poſtremò (vt alia quamplurima relinquã) felicis recordationis Innocentius X. ſumæ Veritatis pro Dei filio, qui ipſa veritas eſt, Iudex, de huius Domus in rebus Religionis incremento, medijs matrimonijs, ac de horum prolibus, iam tetigi in Appendice ad Chronologiam in calce 1. Gentilitij fol. 286 Repetam tamen hoc etiam in loco, vbi fortaſſis erit magis ad propoſitum. Ibi literis ſuis ſummus Pontifex Auguſtum quemcunq; thalamum *Domus Auſtriacæ, in qua progigni ſolent propugnatores Fidei, & domitores impietatis, teſtatur.* Itaq; ex quo Domus Auſtriaca originem habuit, ſolita fuit hos partus pro Eccleſiæ vtilitate, incolumitate, incremento, ac felicitate edere etiam tunc quando damna multa, diſcrimina, detrimenta, ac infortunia actu paſſa eſt. Addo & aliud teſtimonium, quod ex proprio Maieſtatis tuæ calamo, Breui Apoſtolico Papæ Alexandri VII. viuentis, etiam ab eodem propria manu conſignato, reſponſiuo, exiuit. Dabo & illo eodem idiomate, in quo ſcriptum fuit. Darem Latinè, ſi Latinitatis filia, vt eſt Hiſpanica lingua in ſcriptionis grauitate, Laconicæ phraſis poſeſſione, ſententiarum vi, verborum Maieſtate, ac peregrinorum, viuaciumq; conceptuum raritate matrem ipſam non vinceret.

In literis ſuis ad ſer. Annam Medicæam prægnantem. Vide Genti. lit. 1. loco citato.

COPIA DE CARTA DE SV MAGESTAD de mano propria para sù Santidad en Madrid à 11 de Iunio 1655.

MVy ſanto Padre el Patriarca de Ieruſalem me hà entregado el Breue de mano propria de V. Beat. en que ſe diña departiciparme de ſu Exaltacion al Pontificado, cuia noticia me hauia anticipado algunos dias antes el Ducque de Teranoba mi Embaxador con perſona expreſſa per la via de Francia. Seria dificultoſo el pretender explicar à V. B. con ningunas palabras el ſingolar goço con que reciui la nueba del párticular auxilio con que Dios ha querido fauoreçer ſu Igle-

su Iglesia proueyendola de vna Caueza dotada de todas aquellas heroicas virtudes, y altas calidades, quales se requerian para el gouierno y reparo dela affligida Christ.d en las conyunturas presentes. He visto con gran consuelo mio el ardente zelo que V. Sant.d muestra de promouer la Paz en quanto pudiere depender del supremo grado y poder en que Dios ha constituido à V. B. en esto santo intento, y en los medios para llegar ala execution del no me toca discurrir à mi, sino solo venir, y resiñar (como lo hago) todo mi coraçon, y mis intereffes en el de V. Sant. paraque mediante su Paternal Amor y direçion, se pueda llegar à este fin tan suspirado de todo el Orbe Christiano, y deseado, y procurado de mi en todas ocasiones con tanto mas viue afecto, quãto me hallo per la gracia de Dios posseedor de vnos Reynos, donde siempre se ha fundado su principal establecim.to y conseruaçion el derecho, que da la razon, y la Iustiçia, y en los auxilios que se han deseado merecer à Dios, empleando las fuercas dellos en defensa dela Religion y su Iglesia, fuera el vltimo colmo de felicidad para mi en este gran bien, que Dios ha concedido à toda la Christ.d el poder haçer personal.te este humilde obsequio ante la presencia de V. B. però no permetiendome esta interior satisfacion el estado general de las cosas, ni el particolar destos Reynos cõvatidos de tantas guerras y vsurpaçiones iniustas, à cuia defensa y assistentia me llama la precisa obligaçion del real Ministerio, en que Dios me ha puesto, mientras embio sujetto (que quedo despachando) à dar à V. Sant. la Ouediençia en mi nombre, y de todos mis Regnos pongo desde luego à los santos pies de V. B. per medio desta Carta, que darà à V. Sant.d el Duque de Teranoba mi Embaxador, mi Persona, mi sangre, la de mis hijos, mis Dominios, y quantas fuercas pueden depender dello, paraque V. B. disponga de todo como mas iuzgare conuenir ala defensa y maior gloria de nostra sagrada Relig.on y exaltaçion de essa Sãta Sede, quedo rogando à nostro Señor prospere el feliz Pontificado de V. B. y se dinne de oir beniñamente los humildes ruegos de tãtos fieles, conçediendo à V. B. muy larga vida, parabien vniuersal

de su santa Iglesia, y consuelo particular mio, que me professo el mas Verdadero y ouediente hijo de V. Sant. à cuyas pies me bueluo à poner, suplicando à V. B. si sirua de concederme su santa Vendiçion, &c.

Hi sunt Maiestatis tuæ viscerum sensus, pedibus Christi Vicarij genuflexæ, vbi adhuc Satanicus furor, impiorum pacem nutriens, fouensque, piorum verò destruens, in Domus tuæ constantiam debaccatur: & hi etiam semper in similibus tuorum Progenitorum fuere. Idcircò meritò vnusquisque Austriæ Princeps, dum aduersarius magis vrget, dicere
Psal. 117. potest. *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos*
In epist. *meos*, aiente Cassiodoro. *Quos superna protegunt, felices aduersarios habere non possunt.*

IL DIVI-

II. DIVISIO.

IN QVA REGI CATHOLICO POSITIO SVI GENERIS COLOSSI EX SACRA Scriptura rationibus probatur, eiusdem arcana enucleantur, ac demum Matrimoniorum Cumulus sub breui Catalogo proponitur.

SI Maiestas tua sub aliquo genuino schemate, ac Colossæo simulacro genus suum efformare voluerit, ne, quæso, ad humana profanaque archetypa, sed potius ad sacra Diuinaq; recursum habeat. Non te rapiat, ò Rex, Catholici cognomento dignissime, Plinij historiam de Labyrintho Ægyptiano, vbi inter alia memorabilia, teste eodem, non solum inerant columnæ, porphyritę lapide, Deorum simulacra, Regum statuę, monstrosę effigies, verum etiam Colossus Serapidis Smaragdo nouem cubitorum. Quamuis enim multis de causis & propter id, quod tam rarum opus significabat, & propter eius magnitudinem, inuentu difficilem, & propter materiei pretiositatem pulcherrimæ comparationes, tuo Generi debitæ, ab eo educi possint; Nihilominus vbi feracissimum sacræ Scripturæ penus, quæ in rebus magnorum Principum multa est, meliora symbola, cælestibus sacramentis fæcunda, exibebit, vanitas pfectò, ethnicam superstitionem sapiens, esset, aliundè & inter profana exempla ea perquirere.

Lib. 37 cap. 5. Lib. 5. cap. 2.

Colossus Serapidis ex Smaraldo.

Præsentem, quem Maiestati tuæ reuerenter exhibeo, cuique ipse nonnulla ad maiorem addidi intellectum, ex enigmatibus Apocalypsæis, sub monstrosis formis diuinitùs exuli Euãgelistę expressis, deprompsi. Illa sexti Angeli effigies, seu corporis forma, ab Apostolo in Pathmos insula visa, adeò in sua

membrorum compage, vnicuique naturali mixturæ aduersantium, insuetam se præbuit, vt crediderim, omnia Africæ climata, quinimò & totius Mundi quid simile ab orbe condito vsq; ad nostra adhuc tempora minimè edidisse, neq; in posterum, tota mortalitate durante, editura, nec aliquis insignis fabulator eam somniare potuisset; immò nec somnia ipsa, quamuis infinitorum portentorum sint architecta, efformare sciuissent. Quippe qui fortis erat, & amictus nube, Iridemque in capite gestabat, & habebat in manu sua librum apertum. Eius coruscans vultus solem exprimebat, flammeis radijs circumdatum. In parte autem inferna pedes eius tamquam columnæ ignis videbatur, quorum dexter super mare plantas firmabat, sinister verò super terram. Eius clamor magnam profectò vocem quemadmodum vt Leo rugit exprimebat. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas, statimque Ioannes audiuit vocem de Cœlo, dicentem sibi, vt signaret tantum quę locuta sunt septem tonitrua, & non vt scriberet. Postquam verò idem Angelus leuauit manum suam ad Cælum, & iurauit per viuentem in sęcula sæculorum, &c. iterum vox cælestis audita est, ad cuius iussum citò abijt Ioannes ad Angelum, vt daret sibi librum. Quem cum accepisset, eum, ita eodem Angelo præcipiente, deuorauit, factum in ore eius tanquam mel dulce, sed intus in ventre amarissimum. Colossum hunc monstrosum, & nimis insuetum, ab Intelligentia incorporea corporaliter humanis oculis præsentatum, cum omnibus suis circumstantijs, significasse Iustinum Cæsarem seniorem, tanquam nouum, ac terrenum Angelum à Deo missum, ad fortiter abolendam ab Ecclesia tyrannidem, & ad fidem orthodoxam contra Arianos, quo Anastasius prędecessor, illorum sectator protexerat, auxerat, antiquæ glossæ ostendunt; Et ipse in declaratione Frontispitij Gentilitij. 1. aperui. Nunquid quod sacri codicis interpretes vni Imperatori accomodarunt propter rationes ibidē ab eis paraphrasticè allatas, minimè ego accommodare potero Generi Austriaco, quatuordecim Romanorum Regibus fæcundi, pręter tot alios Principes, Archiduces, Reges, & Monarchas,

Ap. cap. 10.

Sunt verba sacri textus.

Pulchra allegoria.

Pag. 7.

chas, quorum Pietatis, ac Religionis Zelus, potentia, robur, in omnibus pari feruore magnum, Iustini facinora longe antecellit?

Quas Ecclesiæ quintus Angelus enigmaticè Ioanni descripserat ærumnas, easdem ipse, quibus variæ Potentum soboles Christianã libertatẽ, Oecumenicã credulitatẽ, Romanã sedem, Pietatem, Religionem, Ecclesiasticã immunitatem & Imperiũ totum vexauerant, vel in futurum vexare debebant, intelligo. Vbi crudeliores persecutiones Orbi, & Vrbi in fidei Christianæ perniciem annunciabantur, nonne congruum fuit, vt confestim colossæa Austriæ sobolis Moles ꝑ totius Ecclesiæ consolatione, illis constanter opposita, sub commemorata effigie admirandũ in modum appareret? Afferam pro clariori huius rei cognitione paraphrasim nostri Nicolai Lyrani, ac deindè argumentum, maiori vi de Austriaco genere, quam quæ de Iustino Seniore dicẽda erant, concludens. Inquit ergo felix Postillator. Postquam descripta est Ecclesiæ multiplex tribulatio antecedenti capite, hic consequenter describitur eius initialis consolatio. Et primò ponit actus consolationis, secundò fructus deuotionis in capite sequenti. Et quidem quantum ad primum ipsa sacri textus profunda ac mysteriosa varietas, quæ ab iterata voce, auribus Euangelistæ resonante, incipit, cogit Lyranum, vt in vno, & eodem ostento non solum Iustinus, verum etiam Iustinianus eius Nepos interpretretur. Itaque, aduertit, consolatio prædicta, quæ ab vno Cæsare incepit, deindè ab alio continuationẽ tantũ accepit, non autem consumationem. Nam Iustinus senior post Anastasium Hæreticum pro amore Religionis Christianæ feruens, voluit in partibus Orientis Ecclesias Arrianorũ eis auferre, & per Episcopos Catholicos consecrari. Sed non perfecit, impeditus precibus Ioannis Papæ, ne occasione huius omnes Christiani de Italia occiderentur gladio per Theodoricum Regem Arrianum, qui tamen postea interfecit eundem Pontificem. Iustinianus tamen in principio Regni sui fuit verè & perfectè Catholicus, non autem in fine. Quod mysticè in libro, è manu Angeli accepto, in quo eius codex, plurimum

Cap. 9.

Nicol de Lyra in cap. 10. Apud Glossam.

Sunt verba Glossæ.

Ecclesiæ

Ecclesiæ fauorabilis significabatur, nunc mellis dulcedinem, nunc verò fellis amaritudinem comedentibus prębente, explicatum est. Si enim Iustiniani vitæ & doctrinæ primordia dulcia fuere Mundo Orthodoxo, extrema postmodum facta sunt amara.

Vide Nicol. Caus. to. 1. parte aulæ San. in Iustiniano.

Hanc de Iustiniano Cęsare explicationem nonnulli recentiores multa cum ratione tanquam à veritate omnino alienā respuunt, & inpugnant. Inquiunt enim, fabulas credi faciliter, vbi temporis duratio eis auctoritatem præbuerit, ac passim multorum fides in historicas veritates eas trasmutarit. Quemadmodum qui in Iustiniano allucinati sunt, eum scilicet imodica ignorantia affectum, adeo vt neque legere, neque scribere didecerit, palam libris ostendendo (decepti à nominis similitudine, Iustini dumtaxat petrui sui indoctissimi, cum alij, inter quos Cassiodorus, qui illum poterat in Italia videre, vbi Imperator, iuuentute florescens venit, doctum Principem ac sapientem prædicent: Ita quoque in id labi potuerunt, quod de eius moribus testati sunt, maledictam Procopij historiam ab Euagrio, & alijs traditam amplectentes.

Lib. 10. variar. ep. 9. & 11.

Iustinus senior quis?

Iustinus ergo senior hic fortis Angelus fuit propter Imperialem potestatem, è Militantis Ecclesiæ Cælo per baptismalem regenerationem descendens: amictus nube baptismalis gratię, redimitus Iride, quia pacem Ecclesiæ annunciauit, est enim Iris signum fœderis. Habens faciem vt Solem, propter fidei suæ splendorem, pedes verò tanquam columnas ignitas, nimirum affectationes, quibus animus mouetur, & quas pius Cæsar igne caritatis accensas ad Christianitatis promotionem habebat; Vti etiam in manu sua librum apertum, quia scripsit, & misit epistolas per totum suum Imperium in fauorem Christianorum, & habitantibus in terra, & in insulis maris, sicut materialis pedum positio Angeli significauerat. Clamauit ipse voce magna, dans Imperiali auctoritate mandata, & clamauit tanquam cum Leo rugit ad terrorem Arrianorum; *nam sicut rugitus Leonis, ita & terror Regis.* Clamor Iustini terribilis Arrianis extitit, sed Catholicis consolabilis. Clamor Iustini

Gen. 9.

Prouer. 20.

septem

ſeptem loquentia excitauit tonitrua, ſcilicet vniuerſitatem Eccleſiarum, ſeptenario numero deſignatam, in diuinas laudes prorumpentium. Veruntamen quia ipſe non perfecit inceptum opus, quod intendebat contra Arrianos ratione prædicta, ideo prohibitum fuit Ioanni ea ſcribere, non ab eodem Angelo ſibi monſtroſè oſtenſo, ſed ab alio, eum è Cœlo alloquentem. Etenim Imperatores, & Reges habent duos Angelos cuſtodes, vnum ratione ſingularis perſonæ, ſicut & cæteri homines, alterum verò ratione dignitatis, ſeu officij. Singulis enim regnis præſunt Angeli, qui dicuntur Principatus, & ſunt de ſuperiori ordine inferioris Hierarchiæ. Et iſti ſunt cuſtodes ſpiritualiter Regum in quantum in eorũ virtute conſiſtunt regna, propter quod nominantur Principes in Scriptura. Tunc demum Iuſtinus leuauit manum ſuam ad Cælum, & iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorum, quando ad maiorem rei futuræ aſſertionem, Numen ipſum omnium conditorem in teſtem verum adduxit, promittens, ſe Eccleſiam per hæreſis Arrianorum eradicationem conſolaturum. Quod & prorſus compleuiſſet, ſi Ioannis Papæ ſuaſio ei non obſtaſſet.

S. Greg. homil. 25.

Principes habent duos Angelos cuſtodes.

Daniel. cap. 10.

Quæ omnia meliori, ac celebriori modo, non vni, aut duobus Generis Auſtriaci Principibus, Archiducibus, Regibus, Monarchis, Imperatoribus, ſed quamplurimis verè adeò conueniunt, vt ſi quis auderet ea negare, præter animum ſatis parcè ſincerum, ne dicam peruersè inuidum, ac palam inimicum, quem oſtenderet, Hiſtoricæ fidei turpiter aduerſaretur. Verum circa hanc tractationem in penultimo Gentilio, Superis adiuuantibus, completiſſimum, & explicitiſſimum calamum exercebo. Vbi verò Iridis Coronæ tanquam aſſumpto Hierogliphyco addidi inſcriptionem, *Species Exhilarat*, ab illa Salomonis ſententia deſumpta, *Species mulieris exhilarat faciem viri ſui*; & loco Euangeliſtæ apponi feci *Sollicitudinis* effigem, congruo intellectu profectò motus ſum. Mutuaui planè dictã inſcriptionẽ à doctiſſimo Præſule Paulo Areſio, Tortonæ Epiſcopo, qui Seruatoris adnaſcentis incunabula eiuſdem Iridis ſchemate, hoc eodem animatæ dicterio, ornatiſſimo Italicæ

Eccles. 26.

 eloquen

Lib. 4. vol. 1. imp. 31.

eloquẽtiæ apparatu graphicè, & symbolicæ describit. Eam inter aereas impressiones collocant Metheorologici, vocantq; Itali *Arco baleno* Latini verò Arcũ Cælestem, cuius species, seu formositas, & pulchritudo naturalia prognostica habet vt plurimum feliciſſima, semperque mortalium oculos dulciter allicit, omniumque obtutibus tanquam res noua, seu quodam Naturæ miraculum se repræhesentat. Iris ipsa illa quidem est, quæ non secus ac post longam præcipitemque pluuiam, veluti post turbatam noctem illucescens Aurora, post crudelem tempestatem perlucida coruscatio, post amarum fletũ risus suauis, post minaces indignationes amoris osculum, ac veluti in specioso vultu post serum amabiliſſimi oculi somnum placidus intuitus, confestim, absque eo, vt sciatur vnde venerit, apparens, muta quadam, sed iucunda, ac eloquenti voce pacem nunciat, serenitatem promittit, (quæ duo si non sunt Plinio conformia, vt modò dicetur, conformantur tamen Diuinæ Scripturæ oraculis, ne dum scriptorum omnium sententiæ) ad vberes terrę fructus spem firmat, afflictos solatur, tristibus lętitiam parit, itinerantes roborat, ac sua demum pulchritudine, coloribus, mutua armonia inter se coniunctis, picta ad stuporem, & dilectionem animos intuentium prouocat. Ergo non mirum, si inter res spectabiles, ac formositate nimia in hoc immenso Mundi Teatro celebres, quam fabulatores Iunonis pedisequam seu Nuntiam vocant, Iridem millibus præconum laudibus Poetarum Carmina, Philosophorum paginæ, oratorum linguæ ac sacrorum scriptorum calami adhuc extollere non acquiescant.

Iridis auspicia, ac proprietates.

Paucis sanè verbis satis multus Ecclesiasticus sapiens visus est, dum vnicuique nostrum talia in eius laudem protulerit. *Vide Arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valdè speciosus est in splendore suo.* Non ait, *si vides arcum, benedic eum &c.* adeo vt hipothetica sit allocutio, sed ait, *vide arcum*, modo imperatiuo. Quasi diceret: O homo, rem ita pulchram maximâ iniuriâ afficeres, eam minimè conspiciendo, quinimò & tuorũmet luminum hostis videreris, ab aspectu tam delectabili illa crudeliter

Eccl. 43.

liter

liter auertendo. Nunc Arcum intuere, si ad eius artificem benedicendum, qui alius quam æterna Sapientia esse non potest, *manus* enim *excelsi aperuerunt illum*, allici cupis. Ipse in splendore suo non est simpliciter speciosus, sed valdè speciosus, & multa cum ratione. Si enim partium proportio, colorum suauitas, ac conueniens granditudo tres circumstantię, seu conditiones sunt, quibus perfectè totius pulchritudinis latitudo, vnde hæc Trinitas, quæ est sum̃a rerum corporearum beatitas, constituitur; omnia hæc miro quidem modo in Iride inueniuntur. Siquidem ipsa prorsus circularis est, omnesque partes benè ordinatas habet, ita vt nulla inter illas inueniatur, quæ vel angularis sit, vel minus plana, aut curua, vel magis distans à centro, vel non adeò proximioribus partibus correspondens. Colorum, mira suauitate ac viuacitate lucentium, societas inconfusè in ea apparet, absq; eo quod spaciũ vnius occupet locũ alterius, ac ꝑpterea varias fasces, virides, purpureas, citrinas, croceas, ipsam incredibili, ac delectabili arte componentes, & exornantes, circumtrahens, omnem simul formositatis temporalis essentiam in se vnit, & complectitur. Hinc meritò Iridem pro eloquentiæ symbolo constituebat antiquitas, eamq; Taumantis filiam, scilicet admirationis vocabat Plato. Et Populi serenitatis ac abundantiæ portendere auspicia, adeo vt tribus eius principalibus coloribus vinum, oleum, & frumentum præmonstrentur, com̃uniter asserunt. Dabo modo nonnulla alia inter cætera, quæ dici possent de Iride, afferramq; Maiestati tuę, quia cõsentanea esse puto. Iridẽ Naturę iracundiã ꝑ aquarũ è nubib⁹ cadentiũ minas aliquando annunciare mortalibus, fatentur multi. Apparente ea valdè diluculò, ac primis auroræ candoribus, pluuias promittit. In occasu verò suadet, illas, aduenіente statim serenitate, prorsus cessaturas. Quod Nautarum, ac colonorum testimonio, cui maximè credendum, confirmat Scaligerus. Videtur tamen Seneca docere oppositum. *Si circa occasum*, inquit, *refulsit, rorabit, & leniter impluet; si ab ortu, circauè surrexit, serena promittit.* Verum, loqui Senecam de lo-

Ibidem.

Pulchritudo in Iride vnde.

Plat. in Theeteo.

De subtil. exerc 80

Lib. 1. Nat. quæst. cap. 6.

de loco potius quam de tempore, obſeruant nonnulli Recentiores; dixerat enim auctor, *Non eaſdem vndecunq; apparuerit minas affert.* Attamen id, quod addit, *A meridie ortus magnam vim aquarum vehet, vinci tamen non potuerunt à tam vehementiſſimo Sole,* tempori tantum & non loco congruere videtur. Quam ſententiam circa aquarum robur, & magnitudinem dum moderat Doctor Angelicus, vti ſubſcribunt Conymbricenſium ſcholæ Patres, & dum Plinius abſolutè negat, certum ſcilicet prognoſticum aut ſerenitatis, aut pluuiæ ab arco cæleſti deduci non poſſe, parum quidem in rem præſentem officit. Eo vel maximè quia Baſilius dicit, ex Iridis coloribus ſigna futurorum naſci: ſic enim illæ virgæ colore Iridis, in directum nubibus apparentes, imbres, aut omninò plurimam aeris tranſmutationem indicant.

Quol. 3. ar. 30.

In Exam. homil. 6.

Deindè, p cōperto aſſeritur, quotidie Locris, & lacu Velino ad Calabriæ confines, vti & in quadam valle profunda, Alpibus proxima, Leandro auctore in deſcriptione Italiæ apud eundem Maiolum coll. 17. Iridem apparere, Plinio teſte lib. 2. cap. 56. Quaſi videatur perpetua nubes ibi eſſe, vel potius quotidie ros, vt alibi eſt, ſed abundantius, vnde quotidie conſpici ibi Iris poteſt, quia fit ex reflexione ſolarium radiorum in nubem aliquam roſcidam, terſam, & puram, quæ cum referre non poſſit Solis veram formam, vt ſpeculum, cuius corpus eſt continuum, ipſa tamen cuius corpus eſt diſperſum ſuis minutis guttulis diſperſam formam latamque repræſentat coloratam, quia & colorem nititur repræſentare quomodo poteſt, non vti eſt. Nox ipſa condignum Iridis Spectaculo haud dubiè Theatrum exiſtimatur. Et enim nocturnis tenebris nondum ab eo orizonte fugatis circa gallinaceorum cantum ſereniſſimo Cælo haud procul ab Herueldia viſa eſt circa annum Domini 1074. vt eius ſeculi author teſtatur Scafnab. Et tamen ſolariũ radiorum opus illud eſſe non potuit: prodigioſa igitur res cenſeri debuit, niſi fortè credamus, etiam lunaribus radijs ſicut ſolaribus Iridem gigni poſſe, vt cenſuit Reiſch. lib. 9. c. 22.

Maiolus p. 1. tit. Meteora Coll. 1.

Cauſa efficiens Iridis Sol.

Datur etiam Iris nocturna ex radijs Lunæ prouenicns.

Nam

Nam in Africæ ora iuxta Insulam S. Thomæ noctibus Iridem apparere, nautæ tradiderunt, quorum verbis Ramusius ex Americo Vespucio id adnotauit Tom 1. nauigationum. Testatur Aresius loco citato ex Maiolo (apud eũ hoc ipse non reperio) nocturnas Irides candidas esse, ac per consequens à solaribus omninò discretas, seu differentes. Multiplicari Iridem posse aliquando, & arte efformari iam experientia ostendit. Eius autem multiplicationem numerum binarium nunquam excedere, Plinius testatur. Tamen, ni fallor, ipse recordor, me aliquando tres Irides simul aspexisse, licet tertia, à prima, & à secunda prorsus distincta, parum & nimis languidè cerneretur.

Irides nocturnæ sunt candidæ.

Irides Solares geminantur, imò & triplicatur.

Symbolicæ Iridis mysterio, Austriaci Colossi caput conspicuè coronantis, cuius mystica *Species* ab eius initijs ad huc Romano Cælo, nigris Arnaldistarum errorum nubibus circumfuso, tempestante, plurimùm Ecclesiam Catholicam *exhilarauit*, quæ dicta sunt de sensibili, & aerea venustè quidẽ correspondent. Acta Principium Austriæ innumera, Fidei orthodoxæ, Ecclesiæ Romanæ indigentiæ & incremento, summis Pontificibus, Imperio Germanico, Apostolicæ Sedi, quin & toti Christiano Orbi multoties, & ferè omni tempestate in diesq; proficua, ac saluberrima id palam testantur. Sol ille, tot, tantisque ignitis radijs coruscans, vnde simulacri vultus constituitur, quique Pietatis, ac Religionis ingentem splendorem Austriacæ Gentis obumbrat, in hanc Iridem, ab eodem effectam, mirabiliter transformatur.

Allegorica applicatio.

Per quatuor Generationes ab *Alberto* Romano tritauo vsq; ad *Rudolphum V.* Comitem Habsburgensem, & ad annũ circiter 1273. sub Cælo Heluetico prouincialia tantum auspicia; & omnia felicia Arcus iste anunciauerat. At per eiusdem Rudolphi heroica facinora, nondum Imperiali purpura insigniti, vniuersaliora, ac simul meliora prognostica deindè promiserat. Vndè non mirum, si ex quo tantus Heros adhuc adolescens inter suos æquales animi dotibus excellens in Aula Cæsarea Friderici II. versabatur, Mathematicus quidam, qui ex siderum positio-

Ex Cuspin. in Rudolph. & alijs.

poſitione futurorum ſcientiam profitebatur, ac ſi in eius faciei maieſtate veluti in quodam animato Cælo hanc Iridem cerneret, multò ante Regiam Dignitatem ei vaticinatus eſt. Ex qua deindè Pax & veritas orta eſt in Imperio, cuius præteritæ tempeſtates Germaniam totam hinc indè pulſauerant. Quibus etiam Eccleſia ipſa haud leuiter turbabatur. Et in vniuerſo Imperio Archiducalis, Regia, Monarchicaque poſteritas, diurnis, nocturniſque Iridibus multiplicatis, ac per multa ſecula adhuc perdurantibus, nunc minaces armatorum pluuias, ingenti tormentorum Martis grandine admixtas, Hoſtium Imperij, & Romanæ Sedis campos euerſuras prænunciauit: Nunc inter aſſiduarum perſecutionum tenebras virtute Lunæ, bonorum temporalium radijs non ſine maioris Luminaris Pietatis ſplendore, ac venuſtate obniteſcentis, & aduerſus Othomannicam Lunam nimio redimita condore multoties refulſit. Nunc demum mille modis, aut prudenter gubernando, aut temperatè ſe gerendo, aut fortiter operando, aut iuſtè decernendo, aut Fide, Spe, Charitate, Liberalitate, Magnanimitate, Affabilitate, Miſeratione, Patientia, cæteriſque Virtutibus, quæ in ea quaſi in infinitum excedunt vitia, eamque, veluti colores Iridem, venuſtant, & exornant, omnium penè oculos, etiam Eccleſiæ inimicorum in ſummam admirationem allexit.

Virtutes Principum Auſtriæ excedunt vitia quaſi in infinitum.

Hinc profectò ſi fortè Rex ſapientiſſimus Iſrael in materiali Iride Auſtriacam ſobolem ſymbolicé conſpexiſſet, abſque dubio, maiori ductus argumento, toti Mundo locutus eſſet, *Vide Arcum* Auſtriacum *& benedic eum, qui fecit illum, valdè ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo.* Omnis enim Auſtria gloria, cuius origo é Pietatis ſole luculenter emanat, ad Deum ſuperexaltandum, & benedicendum humanum genus mirabili inſtinctu prouocat.

Quod

Imaginis Diligentiæ enucleatio.

Quod autem ad imaginem pertinet Diligentiæ, seu Sollitudinis, apertum volumen de manu Angelici Colossi sumentis, quam Genus Austriacum sermone, & opere, epistolis, & exemplis, diplomatibus, & exercitijs, auctoritate, & potentia semper in Orbe toto pro fide Catholica propaganda ostendit, excoluitque, innumera, & aliquando humana vi insuperabilia, & cum maxima haud rarò sui iactura subeundo discrimina, eo modo eam cudi feci, quo morales Eiconologistæ effinxere. In iuuenili, ac pulcherrimo aspectu idcircò humeros pedesque alatos ipsa habet, ac Solem semiexortum propè, quia capillis occasionem apprendit, retinetque cum bono omni ac pulchro, quæ secum affert; eius facinora, velocitatis amica, moram nesciunt: durabilitate, ac permanentia, qua Mundi oculus rapido, ac perenni motu Orbem circumspicit, plurimùm se commendabilem prebet. *Diligentia*, inquit Tullius (*est autem Diligentia*, ait S. Thomas, *idem quod Sollicitudo, ideo requiritur in omni Virtute, sicut etiam sollicitudo*) *in omnibus rebus plurimùm valet: hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda; hæc nihil est, quod non assequatur, quia vna Virtute reliquæ omnes Virtutes continentur.*

Sollicitudinis Forma.

Cic. 2. de Orat. S. Thom 2. 2. q. 54. art. 2.

Scio Augustum Cancro, ac Papilione Diligentiam sollicitudinemq; figurasse: Titum autem Vespasianum Delfino, anchoræ complexo (quo etiam pro insignis, & publico stemmate præter eundem Vespasianum olim vsi sunt alij Principes, & Imperatores laudetissimi, vt idem Augustus, Seleucus, & Nicanor, ac postremò Aldus nobilis apud Venetos tydographus) addito dicterio, FESTINA LENTE: Paulum III. Camaleonte, qui tardissimus est, velocissimo inherente Delfino, Magnum Ducem Cosmam Testudine, super quam carbasus extendebatur; aliosque Recensiores alio modo. Nec alia de re, nisi quia, vt cecinit ille. *In medio consistit virtus, medium tenuere Beati.* Hinc pulchrè Gellius, *Ad rem agendam simul adhibeatur & industriæ celeritas, & Diligentiæ tarditas.* Celebrem inter Rhodos Protogenem pro nimia sollicitudine, qua à penicillo, & à pictura se vnquam subtrahebat, obiurgabat Apelles. Qui

Comment. in Alciat. super Embl. 144.

Gell. lib. 10. cap. 11.

Plin. Lib. 35. cap. 10.

etsi

etsi dixerit, *omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, vno tamen se præstare iassus est, quod manum ille de tabula nesciret tollere, memorabili præcepto, nocere sæpè nimiam diligentiam.* Hæc in rebus agẽdis, & maximè in politicis laudabilis mixtio si nihil hoc loco aliquo modo congrua foret imò & debita, in eodem profectò Sole, in quo eadem sollicitudo intelligi potest, ipsam haud incomodè constituerim. Sol enim etsi velox sit motu, nunquam tamen aut inopportunè operatur, aut operandi regulas, seu pręcepta transgreditur. Atque ex ea parte, qua pro heroicæ Virtutis, quinimò & ipsius Dei comuniter exprimitur, quamcunque extremitatem, siue excessum, vndè vitij oritur constitutio, protinus aborret. Permanens, ac quotidiana Austrij Generis solersque Diligentia in rebus laudabilibus, & in ijs maximè, quæ Ecclesiæ ac Religionis augumentum, vt nimirum in omni terrarum Orbe Euangelij semina germinarent, grandemque messem producerent, conspiciunt, adeò semper, ex quo inter mortales apparuit, assidua, ac veloci cura, Catholico, ac pio regimine vtrumq; mundum circuit, vt vndequaq; se defatigatã ostenderit, & nunquã lassitudine oppressam. At num clarissimę, ac serenissimæ aliarum Gentium Prosapiæ per quingentorum ac decem annorum curricula ab Alberto Perleone Romano vsque ad diem præsentem, in quo eiusdẽ assiduitas, & sollicitudo iam viget, quamvis hostium colluuies tam eius, quam Ecclesiæ in infinitum excreuerit, ita continuè, expedito & nunquam remisso, seu tepescenti corde in re simili se gesserint, temporibus, ac monumentis ad sciscitationem responsum relinquatur.

Nota.

Tacite respõdet auctor ad hanc quæstionem.

Quæ omnia cum ita se habeant, non quidem mirum, si dum id, quod columnatis ignitisque plantis, nempè Mare, terramque, colossus tam novus vno eodemque tempore amplectitur, ipse deinceps sub quatuor Mundi partibus, præcipuis imaginibus sculptis, coram eodem Colosso inclinatis, & in actu subiectionis singillatim exposuerim. Iam pulcherrima Italorũ Hesperia, illinc vtrâque Siciliâ, istinc autem Insubriâ, alterâ equoreis vndis diuitijsq;, alterâ verò excelsis Montibus magnifique

IV. Mundi partes Colossum hunc meritò venerantur.

ITALIA.

que arcibus coronatâ, huic mirabili simulacro se submittens, obsequia felicissima, ac iuridica hilariter præstat. Iam amplissima Iberorum plaga, finitimam Cælo Pyrenem inclinans, ipsum salutat, ac quatuordecim sociata Regnis, Monarchica potentia claris eidem reuerenter inseruit. Iam Teutonia omnis, duplici Germania, superiori dumtaxat, ac inferiori conflata, vndè eius incepit structura, & vsque ad tot Archiducum, Regum, Cæsarum immensum peruenit cumulum, Archiducali, Regia, ac Imperiali dignitate fulgente, ipsimet se subijcere gloriatur. Rex montium Atlas cum Peruanis, & Brasilis iugis apices, insertos astris, coram eo demittit. Ei quoque ab omni quadrifidi Cæli cardine Euri, Boreæ, Austri, Zephyrique Principes Venti tributarij animas suauiores inspirant. Ganges, Rhenus, Eridanus, Tagus coronata flumina, vestigales aquas, preciosioribus gemmis, metallis, electrisque vberrimè instillant. Gemmas legunt breuia illa, & diurna mortalium sidera, quibus ei amabili, & preciosa tempestate grandinat Oriens. Aurum congerunt, quod ei è suis venis in amantissimũ suæ fidei tributum euiscerat Occidens. Expiscantur ei, vtriusq; Oceani, ac Solis filias, Cæli lachrymas, terrarumque gaudia vniones: Texunt ei dibaphas Eoo occiduoq; murice purpuras; extirpant preciosa marium suorum arbusta, ramosa coralla, purpuratos lapidum Reges, vbi semel Cælum aspexerint; omnesque suis pedibus aduoluunt sudatum in montibus, aquis, Syluis, regnorum pretium.

Hispania

Germania

Aliæ vtriusq; Orbis partes.

Oriens.

Occidens.

vterque Oceanus.

Sub pedibus tegitur terra fretumq; suis.

Claudi. ad ser.

Ergo Europã, Asiam, Africã, Americã hanc Austriæ Stirpis molẽ inclinare debere, ius subiectionis expostulat. Ergo ab Angelico originali, diuinitus Euangelistæ detecto, vt cõgrua eicone Maiestati tuę objiceretur, tantæ structuræ exemplar depromere, nec ratio aberrare facit, nec sacri codicis fallit oraculum. Demũ quidquid de meo addidi tã nouæ maximæq; figuræ, & sanè cõsentaneũ fuit, eo modo tantũ meũ esse profiteor, quo Seneca me tuę Maiestati dicere animat. *Non est quod mireris animũ meũ; adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? Quidquid benè di-*

Conclusio Diuisionis.

Sen. ep. 16.

ctum est ab vllo (ipse autem pro *benè dictum*, inuentum, lego) *meum est.*

DIVISIO III.

COLOSSÆA MATERIES.

MATRIMONIORVM CATALOGVS, VNDE INGENS AVSTRII GENERIS COLOSsus admirandum in modum conflatur.

Ateries, quam suppono, & iam tetigi, Colossi huius, ab aliquo alio nondum quidem excogitati, vel si excogitati, à me nunquam visi, Matrimonia sunt, suntque in vtroque sexu, ac propemodum innumerabilia, & in sex ordines distributa. Ex his princeps ordo continet XVII. Alter verò XXVIII. Sequens autem XXIV. sed quartus XI. quintus VIII. postremus XXVII. At cunctorum aliqua duplicia sunt, quin & triplicia, & aliquando quadruplicia; reliqua verò simplicia omnia. Dabo totam seriem breui, nec non & adeo distinctè, vt eam memoriæ demandari, atq; enucleari sermone, modicus labor interponatur.

ORDO I.

Continens Matrimonia XVII.

M*Arium ac fœminarum coniugia ab Alberto Romano cognomento Diuite, nuper sæpius commemorato, vsque ad Rudolphum I. Cæsarem, vlteriusque per eius latera septemdecim inueniuntur.*

Primum

Primum est triplex, nam præfatus ALBERTVS tribus nupsit. Primò N. Comitissæ Habsburgi, filiæ & Hæredis VVernerij III. vltimi illius Comitatus Principis: Deindè N. cuius nomen etiam ignoratur. Verum sicuti vna non diu in eius coniugio vixit, ita & altera in puerperio partus difficultate interuijt. Postremò nupsit idem Albertus Dominæ ITHÆ, Rudolphi à Pfulendorff & Brigantia filia. Triplex matrimonium Alberti.i.Romani.

Secundum est RVDOLPHI Taciturni, Alberti præfati vnigeniti cum AGNETE, Gothofridi, Baronis de Stoffen filia.

Tertium BERTHÆ sororis huius Rudolphi cum N. Comitis à Leyningen.

Quartum triplex. ALBERTVS enim IV. Sapiens, primogenitus Rudolphi Taciturni, & Rudolphi Imperatoris Parens, Vxores habuit HEDVVIGEM, Vlrici Comitis Kiburgensis filiam, & post huius extinctionem duas alias Comitissas, quarum nomina periere, alteram scilicet ab Egenesheim, & VVillertal, alteram verò Montis Fortis. Triplex.

Quintum est RVDOLPHI IV. Rudolphi Taciturni filij cum GERTRVDA (alij Bertha) filia Lutholdi Comitis à Rengensperg.

Sextum HEDVVIGIS, Rudolphi III. Taciturni filię, cum HERMANNO Comite à Friburg.

Septimum GERTRVDIS, sororis Hedvvigis, cum LVDOVICO à Forburg, vel Homberg.

Octauum GOTHOFRIDI I. Rudolphi I. Imperatoris Patruelis cum HELISABETHA.

Nonū RVDOLPHI VII. filij Gothofridi, cum ELISABETHA Rudolphi vltimi, vel posthumi Comitis à Rappersuuil, & VVandelbeirg filia. Sequentia matrimonia sunt posterorū Rudolphi IV. ex alia linea ab ann. 1149. vsque ad ann. 1103.

Decimum ELISABETHÆ, filiæ Gothofridi. I. cum N. Dinasta Ochsensteini.

Vndecimum IOANNIS I. fratris Rudolphi VII. cum N.

Duodecimum RVDOLPHI IX. tertiogeniti Ioannis cum HELISABETHA, Comitissa à Montau.

Tertium decimum IOANNIS III. fenioris, Rudolphi IX. filij cum N.

Decimum quartum IOANNIS IV. Iunioris, ac vltimi Comiti Hasburgi in hac linea cum N.

Decimum quintum VRSVLÆ, Ioannis IV. filiæ cum N. Comite à Silz.

Duo sequentia matrimonia spectant ad I. lineam Duplex.

Decimum sextum duplex est, nam HEDVVIGIS (alij Bertha) Alberti Sapientis filia ex I. Vxore, & Rudolphi Cæsaris Soror primò elocata fuit N. Comiti à Kissemberg, ac deindè post illius obitum Othoni, Domino ab Oxenstain.

Decimum septimum accidit inter ELISABETHAM, eiusdem Alberti Sapientis ex II. Vxore filiam, ac Rudolphi Cæsaris Sororem (ex hac descenderunt VII. Brugaruij Normbergenses, & indè Brandeburgij Electores) & EITELFRIDERICVM Comitem Zollerensem.

ORDO II.

Continens Matrimonia XXVIII.

Subscripta præsentis ordinis Matrimonia totum id tempus amplectuntur, quod à Rudolpho I. Imperatore vsque ad Albertum II. Pium, ac Sapientem, eius ex Alberto filio Cæsare Nepotem contigit. Hocque modo sub vtroque sexu enumerantur.

Duplex, imò & triplex ex Guilimaño.

RVDOLPHVS Comes Hasburgi V. antequam esset Imperator, duxit ANNAM Hochbergensem, ex qua omnes liberos procreauit. Sed hac extincta, cum esset in summa senectute, nupsit AGNETI, alij ISABELLÆ Burgundæ. Franciscus Guillimannus contra omnium placitum probat, Rudolphum hunc tres coniuges habuisse. An verò eius sententia sit benè fundata, adeò vt antiquior, & comunior reijci omninò debuerit, suo loco clarè demonstrabimus.

Connubbia filiorum, & filiarum Rudolphi. I. Imp.

ALBERTVS. I. Imperator, ac stemmatis propagator Vxorē habuit ELISABETHAM, Carinthiæ Ducissam, ac Mainardi Comitis Tyrolis & Goriciæ filiam.

RVDOL-

RVDOLPHVS II. AGNETEM (alij Elisabetham) filiam Othocari Boęmiæ Regis.

HARTMANNVS II. MARGARITAM, Eduardi. I. Angliæ Regis filiam.

GVTHA, seu Iutha duxit VVENCESLAVM Pium, Othocari Boemiæ Regis filium.

MECHTILDIS LVDOVICVM seniorem, Bauariæ Ducem.

AGNES septemvirum Saxonem ALBERTVM. Duplex.

CATHARINA, quæ fuit prius Ducis Vratislauiæ sponsa, ante debitam ætatem defuncti, OTHONEM, Bauariæ Ducem, electum in Hungariæ Regem.

ANNA (alij Hedvvigsi) OTHONEM, Marchionem Brandeburgicum.

CLEMENTIA CAROLVM Martellum, Neapolis, & Hungarię Regem.

Hæc X. connubia Rudolphum I. tantum, & eius liberos, quos genuit antequam esset Imperator, respiciunt; sequentia verò Alberti I. Imperatoris posteritatem.

RUDOLPHUS Mitis duabus nupsit, nimirum BLANCÆ Philippi III. Francorum Regis filiæ (alij sororis) & ELISABETHÆ (alij RIXÆ) iam Viduæ VVenceslai iunioris, alii maioris. Duplex.

FRIDERICVS Pulcher & Imper. etiam duas vxores habuit. ELISABETHAM Aragoniæ regis filiam, & KVNEGVNDEM, Ludouici IV. Imperat. hostis sui acerbissimi filiam. Qua extincta, fidem dedit Elisabethæ Geldræ, sed morte præventus, eam non duxit. Duplex.

ELISABETHA, huius Friderici pulchri ex I. Coniuge filia, Sponsa fuit Ioannis Bohemiæ Regis, alii Cęsaris Caroli IV. vel cum nonnullis ex Cuspiniano Ioannis Lucemburgici, præfati Cæsaris Patris. Sed ante nuptias extincta. Hoc matrimonium sequensq; liberos Friderici III. Imper. tantũ & Alberti I. Nepotes respicit, Duplex.

ANNA, eiusdem & ex eadem Matre soror Poloniæ Regis filio promissa, sed cum mortuus esset, duxit LUDOVICVM Romanum Bauariæ Principem, & post eius obitum Ioannem Comitem Goricium.

Matrimonia Leopoldi Alb. I. filij, & eius liberorum. Duplex.

LEOPOLDVS Equitum gloria Vxores habuit duas CATHARINAS, alteram Henrici VII. Imp. filiam, ex qua tantum suscepit prolem. Alteram verò Amadæi Sabaudiæ Comitis.

Duplex.

CATHARINA Leopoldi filia prima Vxor fuit Ducis Schvvenichiæ, vel Suenicij. (Alij Baronis Conchiaci in Francia) ac deindè, illo extincto, HENRICI IV. Ferrei, Ducis Saganensis.

Duplex.

AGNES eius Soror duxit primò Grossæ Principem in Silesia, postea verò, hoc mortuo, Baronem Conchiacum præfatum, secundum alios. Alij tamen asserunt, alterum eius maritum fuisse BOLESLAVM Ducem Suidnicensem.

Duplex.

HENRICVS Comis & Placidus, Alberti Cæsaris filius IV. alij V. Rex Bohemiæ duxit ELISAM, Ruperti Palatini filiam. Deinde ISABELLAM, filiam Ioannis Comitis Friburgensis.

Duplex.

OTHO Iucundus, Pulcher, Audax, duas coniuges habuit, ELISABETHAM, Stephani Ducis Bavariæ filiam, & ANNAM Cæsaris Caroli IV. Soror.

ELISABETHA, filia huius Othonis ex prima vxore, sponsa fuit Eduardi Angliæ Regis, qui ante diem nuptiarum obijt.

ALBERTVS II Pius, & Sapiens, vltimus filius Alberti I. Cæsaris, ac stemmatis propagator duxit IOANNAM, Vlrici vltimi Comitis Ferretæ clarissimi sanguinis de Burgundia vnicam filiam, & heredem. Ex hoc matrimonio omnes Principes Austriæ ab anno 1315. iuxta supputationem Guillimani, de qua suo loco, vsque ad præsentem 1655. originem habent.

Matrimonia filiarum Alb. I. Imp. Duplex.

CATHARINA desponsata fuit HENRICO VII. Imper. ac deinde, eo mortuo, CAROLO Calabriæ Duci, Ruperti Siciliæ Regis filio.

GVTHA duxit Ludouicum Comitem Oentigensem.

Duplex.

ANNA HERMANNVM Longum Marchionem Brandeburg. atque Electorem secundum aliquos. Deinde HENRICVM VI. vltimum Ducem Vratislauiensem.

Duplex.

AGNES primò nupsit FRIDERICO Romano Columnensi. Postea Andreæ Hungariæ Regi.

ELISA-

ELISABETHA FRIDERICO Lotharingiæ Duci cognomento Athletæ, alij Theobaldo, aut Theodorico eius Patri.

ELISABETHA II. OTHONI Bauariæ Duci. Albitius ait, Catharinam Rudolphi I. filiam huius Othonis coniugem fuisse.

ORDO III.

Continens Matrimonia XXIV.

SEquitur modò tertius Connubiorum ordo ab Alberto II. Sapiente exclusiuè vsque ad Fridericum IV. Imperatorem; & est huiusmodi.

RVDOLPHVS, Alberti Sapientis filius duas coniuges duxit; CATHARINAM, Caroli IV. Imp. filiam, & MARGARITAM, filiam, & Hæredem Henrici Carnorum Ducis, & Regis Boæmiæ pro tempore. Duplex. Cōnubia filiorum Alberti sapientis, & eius Nepotum, ac Pronepotum

ALBERTVS cum Trica etiam duabus nupsit, Elisabethæ, Caroli IV. Imp. filiæ, & BEATRICI, Burgrauij Norimbergensis filiæ. Duplex.

Ex secunda Vxore orti sunt

ANNA, Vxor HENRICI Bauariæ Ducis, & ALBERTVS Patiens, & Mirabilia Mundi dictus, cui Vxores duæ, IOANNA, & MECHTILDIS Palatina sterilis (si Lazius non mentitur) illa Alberti Bauari, Hollandiæ & Hannoniæ Comitis filia, hęc verò Ludouici Bauariæ Ducis. Duplex.

ALBERTVS V. Alberti Patientis filius, & Imperator huius nominis II. qui Imperium Austriacis penè hæreditariū fecit (ab isthoc enim vsque ad tempus præsens nondum quispiam ex aliqua alia familia præter Austriacam electus est Imperator) duxit Elisabetham, Cæsaris Sigismundi filiam. Totum huius temporis spatium annos 116. cōplectitur.

ELISABETHA, Alberti II. Imperat. filia Coniux fuit CASIMIRI Poloniç Regis, ac S. Casimiri Mater.

ANNA, eius Soror duxit VVILHELMVM Saxoniæ Ducem, at

LADIS-

LADISLAVS frater posthumus cum ducere MAGDALENAM debuisset, Caroli VII. Francorum Regis filiam, extinctus est anno ætatis suæ 19.

LEOPOLDVS Probus, ac militiæ Decus, Alberti Sapientis filius, Stemmatis propagator Vxorem habuit Viridam, Barnabonis Ducis Mediolanensis filiam. Ex tribus filiabus Alberti Sapientis, duæ tantum nupserunt, nimirum.

MARGARITA OTHONI Marchioni Brandeburgensi, Ludouici IV. Imp. filij, aut cum alijs Ioanni Morauiæ Principi, & Caroli Imp Augusti fratri. Et cum nonnullis Vidua Meinardi, ex fratre huius Othonis & Maultaschia nati.

AGNES verò HENRICO II. Duci Iaurensi.

Quæ sequuntur Matrimonia ad filios, filiasque, nec non & ad Nepotes spectant Leopoldi Probi.

Triplex. GVILLELMVS Ambitiosus tribus nupsit (alij duabus) nempè Hedvvigi Polonæ, & Ioannæ Duraciæ, Caroli Pacis, Hungariæ, & Apuliæ Regis filiæ.

LEOPOLDVS Crassus duxit CATHARINAM, filiam Philippi Audacis, Burgundiæ Ducis, alij Sequanorum Principis.

Apud Henn. N. huius Leopoldi Filia, si quam habuit, nupsit Comiti Goricensi. Testatur Lazius, sed valdè improbabiliter.

FRIDERICVS Comes Tyrolis, cognominatus vacui marsupij, vxorem habuit ANNAM Brunschvvicensem, cuius filius vnicus

Duplex. SIGISMVNDVS Simplex, qui duabus nupsit, Catharinæ Saxonis, ac Eleonoræ Scotiæ Regis filiabus.

Duplex. ERNESTVS Ferreus primò duxit MARGARITAM, Ducis Stetini filiam, ac Cæsaris Sigismundi amitam. Deindè CIMBVRGIM, Vitoldi Lituaniæ Principis (alij Semouiti, Mosauiæ Ducis) filiam.

Duplex. MARGARITA vxor fuit MEINHARDI Bauariæ Ducis, eoque extincto, IOANNIS, Morauiæ Marchionis, Cæsarisque Caroli IV. filij.

ELISA-

ELISA verò HENRICI, Comitis Goricensis, at CATHARINA CONRADI, Burgrauij Brandeburgici, Comitisque Harticensis in Austria.

ALBERTVS Mitis, vltimus filius Ernesti Ferrei, nupsit MECHTILDI Palatinæ, quam alij contra Lazium Alberto VI. multis post annis iunctam ostendunt. Tres verò eius filiæ, nimirum.

MARGARITA ERNESTO, seu Friderico, Saxoniæ Electori.

CATHARINA CAROLO I. Marchioni Badensi.

ELISABETHA Comiti VVertembergici.

ORDO IV.

Continens Matrimonia XI.

Subscriptus ordo ea coniugia enumerat, quę à Friderico IV. Imperatore, filio Ernesti Ferrei primogenito, stemmatisque propagatore, vsque ad Philippum I. huiusque posteros euenerunt.

FRIDERICVS IV. Imperator, qui stemma & bona ad posteros propagauit, vxorem habuit ELEONORAM, Eduardi Regis, & Reginæ Ioannæ Portugalliæ filiam.

MAXIMILIANVS I. eius filius, ac Romanorum Rex tribus nupsit, ANNÆ, Francisci Ducis Britanniæ filiæ, quam non traduxit, MARIÆ BLANCÆ, & N. Altera Caroli, Ducis Burgundiæ filiæ, & hæredis, altera Galeatij Mariæ, Ducis Mediolanensis. Triplex.

KVNEGVNDIS, Imperatoris Maximiliani soror duxit Albertum Sapientem, Bauariæ Ducem.

MARGARITA filia Maximiliani I. tres habuit coniuges, CAROLVM VIII. Gallorum Regem, sed ab eo spreta, IOANNEM Regem Aragoniæ, ac demum FILIBERTVM Sabaudiæ Ducem. Triplex.

PHILIPPVS I. Maximiliani Cęſaris filius vxorem duxit IOANNAM Aragonię, & Caſtiliæ infantem, filiamque ac hęredem Ferdinandi Catholici.

CAROLVS V. Imperator, Philippi I. filius ISABELLAM, Emmanuelis Regis Portugallię filiam.

FERDINANDVS I. Imperator eius frater ANNAM, Ladislai Hungariæ, & Bohemiæ Regis filiam, & hæredem.

Quatuor filiæ Philippi I regales nuptias meruere. Duplex.

ELEONORA, Philippi I. primogenita, duplici ac regali coniugio tradita eſt, nam primò nupſit EMMANVELI, deinde, eo extincto, FRANCISCO, vni Regi Luſitanię, alteri vero Gallię.

ELISABETHA nupſit CHRISTIERNO II. Daniæ Regi.

CATHARINA poſthuma IOANNI III. Regi Luſitaniæ.

ORDO V.

Continens VIII. Matrimonia.

Hic ordo Naturæ tramitem Hiſpaniam verſus, vbi cum Maioratu sereniſſima, ac feliciſſima Domus Auſtriaca, maritali iugo abſtricta, pertranſiit, ſequitur. Clauditque ſingula Monarcharum, Principumque Hiſpanicorum coniugia à Philippo II. vſque ad Mariam Philippi III. quarti verò regnantis ſororem, ac ſocrus.

Quadruplex.

PHILIPPVS II. Caroli V. filius quatuor vxores ſuſcepit, nimirum MARIAS duas.

ISABELLAM, & ANNAM. Prima fuit Ioannis Regis Portugalliæ filia, ſecunda Henrici Regis Angliæ, tertia alterius Henrici Franciæ Regis, poſtrema Maximiliani II. primogenita.

IOANNA

IOANNA, Caroli v. filia nupſit IOANNI, Portugalliæ Regi, genuitque ex eo Sebaſtianum, à Mauris occiſum.

MARIA verò Maximiliano II. Imperatori.

PHILIPPVS III. ſecundi filius Vxorem habuit MARGARITAM, Caroli II. Archiducis Auſtriæ filiam, ac Leopoldi V. Comitis Tyrolis, & Archiducis noſtri regnantis Patris ſororem.

CATHARINA Philippi II. filia ex tertia Coniuge vxor extetit Emmanuelis, Sabaudiæ Principis.

PHILIPPVS IV. tertij primogenitus, ac ſuperſtes Hiſpaniarum Monarcha bis nupſit. Primò Eliſabethæ Henrici IV. Galliarum Regi filiæ, deinceps MARIÆ Annæ, Imperatoris moderni primogenitæ. Duplex.

ANNA MARIA Philippi III. filia, hodiæ Regina ac vidua, Coniux fuit Ludouici XIII. Regis Franciæ, ac XIV. regnantis parentis.

MARIA verò prima Vxor extitit Ferdinandi III. Imperatoris, qui adhuc regnat.

ORDO VI.

Continens Matrimonia XXVII.

R*Edeundo ad latus alterum, iam derelictum, ſtatuendus eſt ordo poſtremus. In quo omnia Germanorum Principum coniugia à poſteris Ferdinandi I. Imperatoris vſque ad Archiduces ſuperſtites diſtinctè includuntur.*

MAXIMILIANVS II. Imperator Ferdinandi I. filius duxit MARIAM, quam tertiò Carolus V. genuit.

MATTHIAS Imperator eius filius ANNAM, Ferdinandi Tyrol. Arch. Auſtr. filiam.

ALBERTVS verò, huius frater, qui antea S. R. E. Cardinalis, & Archipræſul Toletanus fuit, ISABELLAM, qua ducta, factus eſt Belgarum Dominus.

ANNA primogenita nupſit PHILIPPO II. Hiſpaniarum Regi.

ELISABETHA verò CAROLO IX. Regi Galliarum.

CAROLVS Ferdinandi I. quartogenitus, & ftematis propagatot MARIÆ, Alberti V. Bauariæ Ducis filiæ, & eius Nepti ex forore Anna.

Duplex. FERDINANDVS Tyrolenfis habuit duas vxores, PHILIPPINAM, Patriciam Auguftanam ex familia VVelferorum, & ANNAM CATHARINAM Gulielmi Mantuæ Ducis filiam, ac Nepotem ex forore Eleonora.

ANNA CATHARINA eius primogenita ex fecunda coniuge nupfit Matthiæ Imperatori.

Ex nouem filiabus Ferdinandi I. feptem fubfequentes nupta funt, etenim

ELISABETHA duxit SIGISMVNDVM Auguftum Poloniæ Regem.

ANNA ALBERTVM V. Bauariæ Ducem, CATHARINA primo FRIDERICVM, Mantuæ Ducem, deinde SIGISMVNDVM II. Poloniæ Regem.

MARIA GVILIELMVM Cliuiæ, & Iuliæ Ducem.

ELEONORA GVILLELMVM Gonzagam, Friderici ex Margaritha Paleologa, Marchioniffa Montis Ferrati, filium.

BARBARA nupfit ALPHONSO II. Ferrariȩ Duci.

IOANNA FRANCISCO Medicæo, Florentiæ Duci, ac Cofmi filio.

In Caroli Archiducis, Ferdinandi I. filij pofteritate fubfcripta Matrimonia reperio.

Duplex. FERDINANDVS II. Imperator duas Coniuges habuit, MARIAM ANNAM, Guillelmi V. Bauariæ Ducis filiam, & ELEONORAM Gonzagam, Vincentij Mantuæ Ducis filiam ex Eleonora Medicæa, Reginæ Mariæ, Henrici IV. Galliæ Regis coniugis, forore.

LEOPOLDVS V. eius frater duxit CLAVDIAM Medicæam, vltimi Ducis Vrbini Viduam, ac Victoriæ de Rouerè, Magnæ Ducissæ Florentiæ regnantis Matrem, & Magni Ducis Ferdinandi filiam.

ANNA nupfit SIGISMVNDO III. Poloniæ, & Sueciæ

H 3 Regi,

Regi, ex quo genuit Ladislaum Regem præteritum.

MARIA CHRISTIERNA SIGISMVNDO Bathori, Transilvaniæ Principi.

MARGARITA Philippo III. Hispaniarum Regi.

MAGDALENA Cosmo II. Magno Duci Ethruriæ.

CONSTANTIA Sigismundo Poloniæ Regi, succedens sorori ex Papali dispensatione; ex hac ortus est Rex Poloniæ Casimirus modernus.

Carolus ergo, Bauariæ stirpi coniunctus, magnam quidem gloriam supra omnium elogiorum encomia sibi, ac posteritati comparauit. Nam Cæsaris Ferdinandi II. Pater extitit, Ferdinandi III. nunc felicissimè in solio Germanico regnantis Auus, Ferdinandi IV. Hungariæ, Bohemiæ, & Romanorum Regis nuper extincti, Mariæque Annæ Hispaniarum Reginæ Proauus, ac totius familiæ in dies Imperatricis, cui auum gloriosissimum Ecclesia Catholica assiduè precatur, Auctor felicissimus. Quamobrem non solum Septemtrio, verum etiam & Oriens, Occidens, Auster, totusque terrarum Orbis Carolo multum debet, à quo habuit tantum felicitatis. Filij duo, & filiæ quatuor ex eius posteritate Mundum Regibus & Principibus fœcundauerunt. Anna & Constantia Poloniam, Margarita Hispaniam, & Magdalena Italiam: Fratres verò Ferdinandus, & Leopoldus Germaniam. Carolus Archidux, & eius posteritas quam felix.

FERDINANDVS III. secundi filius Cæsar superstes tribus nupsit, MARIÆ, LEOPOLDINÆ, & ELEONORÆ Gonzagæ. Vna extitit Philippi III. filia, altera Leopoldi V. Archiducis, postrema verò, quæ adhuc imperat, Ferdinandi Gonzagæ, Mantuæ Principis. Liberorum Ferdinandi II coniugia, ac etiam Nepotum.

MARIA ANNA, Electrix Bavarica, hodie vidua, MAXIMILIANO, Bauariæ Duci, ac S. R. I. septemviro.

CECILIA RENATA duxit Vladislaum Poloniæ & Sueciæ Regem.

FERDINANDVS CAROLVS Archidux Austriæ, & Comes modernus Tyrolis, ac Leopoldi V. filius, ANNAM Mediceam.

LEOPOLDINA eius soror FERDINANDVM III. Imperatorem.

Clara

CLARA ISABELLA huius soror CAROLVM II. Mantuæ Ducem.

MARIA ANNA, Ferdinandi III. filia Philippum IV.

Huius cumuli, adeò ingentis, summa, in sex ordines, ne mens humana, quæ rebus chronologicis, Stirpium mixtiones, ac harum germina expromentibus, sæpè sæpius labitur, faciliterque, distributa, cxv. Matrimonijs conflatur. Ipsorum pars maior simplex est, plurima duplicia sunt, aliqua verò triplicia, & pauca quadruplicia. Alia fæcunda, alia verò infæcunda. Alia stemma propagantia, alia nequaquam, sed nonnulla vtrinque reciproca, ac prorsus eadem. Illa tantum, quæ stirpem Austriã hucusque admiranda successione demandauere, ac simul cum ea pari generationis tramite hinc inde, tam in Germania, quam deinceps in Hispania auitam Pietatem, ac Religionem, Generis tui Colossum, ò Catholice Rex, diuinis oraculis pronunciatum, ac Hostium totius mundi orthodoxi fulminibus impauidè expositum, quinimò & firmiter oppositum, conficiunt.

Quæ verò satis fusè Maiestati tuæ adhuc tradidi, exposui, enarraui, & quidem nimis inornatè, ac simpliciter, alij minoribus curis implicati legant, si placet. Reges enim in rebus similibus non solum gaudent breuitate, sed etiam indigent. Quamobrem sufficiet prorsus Maiestati tuæ noui Colossi structuram intueri, eiusque simulacrum admirari. Atque in iacta inscriptione, instar perpetui monumenti futuræ posteritati derelinquenda, omnia ferè compendiosa, ac breuissima lectione percurrere.

AVSTRIA-

AVSTRIADVM GENERI,

Christiano, Pio, Religioso, Catholico,

Sub ANGELICA
Exhibiti Proceritate,
Monstrosis, mysticisq; velaminibus conuestita,
Soli inter clarissimarum stirpium astra radianti
Non ab ASIA
Fluctuantem in Rhodi Insula portu
supra Maris tergum,
Sed ab omnium Regionum Imperatrice
EVROPA
Supra inconcussum Orbem terrarum
Nouus, nondum excogitatus, stabilisque
COLOSSVS
Erigatur, veneretur.
Gigantem Archiducum, Regum, Monarcharũ, Cæsarum,
Maxima coniugiorum, claritate, & fortuna
Illustrium, membra patefacientem, minor Colosso,
Statua non decet.
Omnes ferè imagines, quas in se conflauit Austria
Gens, Colossum efficiunt, totius Orbis terrarum
Omnibus Maioribus Maiorem.
Niuea Paros materiam dedit
Innocentiæ Austriacæ concolorem.
Aliud Cœlum magistrum operis ne putes
Quam Cœlum ipsum, non ferreum, sed aureum,
Quod Dei solium est,
Et Angelorum manibus rotatur.
Quot habet Austria Principes, tot Augustas habet bases.
Vnde suscipi ex omni loco debet, non spectari tantum.

Quis

Quis deinde Colossaam in Austria neget manum,
Quæ Mole tanti Imperij non fatiscit?
Pectus, quod toti Erebo, humanis Leonibus, & Draconibꝰ
Stipato, ab incunabulis obiectum stetit?
Caput Orbis terrarum regendi capax?
Ipse Virtutes Austriacæ,
Diuinitati in terris proximæ,
Et quæ Genus circumstant magna nomina
Potentia, Gloria, Fama,
Colossi sunt.
Potentia, Cœlo contermina.
Gloria, coæua Immortalitati,
Fama, Mundo æqualis.
Ita maxima Austriorum Prosapia
Supra omnem humanum modum
Etiam in imagine Colossus assurgit.
Ex hoc
ANGELICO COLOSSO
Heroum, & Herodiadum
Non nisi Gigantem sobolem expectes.

DIVI-

DIVISIO IV.

IN QVA HIEROGLIPHYCVM ILLVD EVROPÆ, COLOSSVM AVSTRIAcum Angelicum salutantis, Scuto appositum, declaratur. Et Virginis CHRISTINÆ, Reginæ Sueciæ conversio ad fidem Catholicam, ei perenni amicitiæ vinculo obnixa, breuiter proponitur.

PErtinere ad stupendam, admirandamque CHRISTINÆ Conuersionem Europæ Scutum, pulchro schemate decorum, atque tuo Colossæo generi venusta facie, ab ea, ad quam Gothia, VVandalia, Suecia, & quamplurimæ aliæ Regiones, Septentrioni subiectæ spectant, commostratum, in huius Divisionis fine liquidò patebit.

Rem profectò non ingratam, neque molestam Maiestati tuæ, atq; posteritati me facturum spero, exhibens hoc in loco exemplum sine exemplo, magnum nouumque MIRACVLVM, quod adhuc *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*. Exhibens, inquam, Serenissimam Virginem CHRISTINAM, quæ vt Christi discipula palàm fieret, atque Ecclesiæ Romanæ filia, Regna ipsa (mirum dictu) vbi iam ætate floreret, potētia, opib⁹, existimatione, frueretúrq; magno cōmuniq; Populorum affectu, licet hunc in odium mortale confestim cōvertendum fore certò sciuerit, ac simul cum Hæresi propter Catholicæ veritatis ardorem spontè dereliquit. Nec non expedito, hilarique animo æterno Sacerdoti, qui pro Mundi salute se in ara crucis tradidit hostiam viuam, quique eam verbis illis 1. Corint. cap. 9.

Lucæ 7. antea vocauerat, *Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, rarum obedientiæ sacrificium obtulit.

Dixi exemplum sine exemplo, & meritò quidem. Ex quo enim impius Hæresiarcha, atque Hęresiarcharum Pater Martinus Lutherus, ac deinceps perversus Calvinus Ecclesiam perturbare vexareque incœperunt, in diesque magis ac magis, ambarum Viperarum sobole monstrosè excrescente, perturbant, vexant, cum ipsorum pernicies per totam Europam debaccetur, multi sanè ac magni Principes, quorum aliqui regia fulgebant dignitate, dolosa illorum dogmata amplecti minimè erubuere, vt, Ecclesia Romana, eiusque Pastore, ac legitimo B. Petri successore, simulque, Progenitorum exemplis turpiter derelictis, patrimonia, redditus spolijs Ecclesiasticis, ne dicam rapinis ad locupletiorem censuum cumulum redigerent. Et adeò quidē execrabiliter totum id executioni demandauerunt, vt, iura mortalitatis in vltimo vitæ spiritu miserè soluendo, cum Hæresi turpe lucrum deindè ad posteros hæreditariò transmiserint. Apud quos amplius sobolescens Parentum zizania; adhuc & triticum Euangelicum suffocare, & huius sacrorum proventuum humorem, sine quo excrescere nequibit, ebibere non acquiescit.

Anno 1517. vsque ad an. 1546. Ann. 1538.

Ex horum omnium Catalogo, aut præteritorum, quorum memoria, tyrannis, & insania adhuc recens apud Auctores, aut superstitum, in quibus Auorum licentia Gigantum, Cęlum ipsum turbantium, proceritate eminet, quis vnquam tantum animi robur, quantum CHRISTINA hęc ostendit, vt in Mundi palestra, se rationi, ac veritati subijciens, regnisque, & opibus libentissimè expolians, seipsum vinceret, ac seipso triumpharet, certò sciens, verum esse carmen illud,

Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit
Oppida, nec virtus altius ire potest? Certè nullus.

Nazianz. orat. 10 de Machab.

O ergo *virilem*, quinimò & plusquam *virilem animum*, *in corpore muliebri*, ac regio; ò ad-

ô admirabile magni animi incrementum. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Quæ olim inter Israelitas Patriarcharum primus à summo Cœlorum Numine audierat, audiuit quoque inter purpuratos huius tempestatis Acatholicos CHRISTINA, meditans, ac ppendens, quid demũ actura esset, vt veritatẽ, quã paulò ante iam nouerat, amplecteretur. Nimirum, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi.* Et licet non audierit, *Faciamque te in gentem magnam,* cum nouerit DEVS, CHRISTINÆ magnanimitatem pro fide Catholica temporale pręmium, quod hæreditate, quam relinquere designabat, maius esse non poterat (ac propterea ex hac parte nullum desperationis periculum adversus eius constantiam, ac fortitudinem iminere) parui facere, quin & prsũm respuere, audiuit tamen promissa subsequentia, *Et benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedicta. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.* Magna plane Virgo CHRISTINA, & multarum Virtutum insignibus clara, quam votis suis Philosophia non potuit æquare. Ea enim Virtus ordine prima est, quæ ad fundamentum cæterarum, meritoque hanc ab ea primam exegit Deus, antequam in Catholica fide profitenda tanquam admiranda Antesignana appareret. Et quamuis satis fuerat dixisse, Exi de terra tua, ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo; addidit tamen singula, vt eius affectum probaret: nè fortè aut imprudenter cępisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cælestibus pararetur. Sed sicut coaceruanda fuerunt præcepta, ne quid lateret, ita etiam proponenda præmia (non quidem temporalia, quæ iam generoso contemptu parata erat derelinquere, & cum omni affectu acquirendi, nec non & sperandi noua, sed ea tãtum, quæ diximus) ne fortè desperaret. Si tamen, etiã illis deficientibus, impauidus eius animus, ad omnia rerum discrimina deridenda assuetus, imobilis nequaquam consisteret. Tentatur vt fortis, incitatur vt fidelis, provocatur vt iusta, meritoque de Domo patris sui, de cognatione sua, & de terra sua egressa est, quemadmodum locutus est illi Dominus,

Gen. c. 12.

Ex D. Ambr. de Abraham. lib. 1. cap. 2.

licet non eodem modo, quo locutus est Abrahæ. Vnde non mirum, *si inter cætera potentia Dei miracula, infirma Mundi* Cœlum *elegit, vt fortia quæque confunderet*, & aliquo modo in CHRISTINÆ pectoris fortitudine, nulla Dei præsentiâ, auriculariquε allocutione cogente, sed tantum suadente veritate, Abrahami robur antecelleret.

Ad Corint. cap. 1.

Matt. c. 3.

Potens est Deus de lapidibus istis, è funda Hæresismi, formidolosè in dies armata, crudeliterque circumducta, cuius monstrosa capita potentiores Christianorũ Principum Monarchias plurimùm exterrent; potens, inquam, est Deus ex lapidibus istis, in hanc *Austriam Molem*, & in *Sedis Apostolicæ Petram* pari conamine terribiliter imissis *suscitare filios Abrahæ*. Et ad Christi Vicarij pedes, Austria simulcoadiutrice, atque aliqua ex parte ductrice, non alia vi, nisi Veritatis dumtaxat, omnia suauiter, ac liberè in nobis excitantis, atque efficaci motu mirabiliter impellentis, humillimè ducere. *Hæc mutatio dexteræ excelsi* in hac perdocta, prudenti, ac potentissima Regina ab hinc ferè annis septem initia recognoscit, scilicet anno 1648. ante excidium Mantuæ anno 20. & ante obitum Parentis anno 16. Eius natiuitas contigit anno 1623. Diuinum lumen tantum, assidua, ac frequenti sacræ Scripturæ, sanctorumque Patrum lectione mediante, cæcitatis tenebras ab eius mente mirum in modum dispersit. Quidquid animo conceperat, benè optimè in humanis ac diuinis literis educata, & instructa, magis ac magis auxit doctorum virorum sedula conuersatio.

Ann. 1648.

Reginæ natiuitas.

Hi verbum Dei iuxta Lutheri, siue Calvini dogmata vel amplectentes, vel ministrantes, vel defendentes, Theologicis disputationibus, scripturæ sententijs innixis, inter se vtrinque & aliquando cum ipsa circumveniendo, aut aperta mendacia eos sustinere, aut multa friuola ac parum coherentia proponere, aut rarò levem vmbram veritatis, seu colorem, vel apparentiam, vt aiunt, in medium afferre, vt Acatholicorum, vel Euangelicorum modernorum (ita vocari volunt) doctrinam tanquam meliorem, ac certiorem confirmarent, cum multoties varijs modis sagax Virgo experiretur; hinc factum est, vt cordis sui

Nota.

sui claritas, ab afflatu sancti Spiritus immissa, eò splendidior, ac firmior redderetur, quò illorum cæcitatem, ac vanitatem apertius cognoscebat, atque Catholicam, Romanamque fidem esse ad salutem necessariam, vti & quamcunque aliam extra eam ad perditionem animarum certam, non secus ac si proprijs oculis subdiu infallibiliter cerneret, insolubilibus argumentis intuebatur.

Conseruabat tamen omnia hæc in intimo suę candidæ mentis scrinio, *conferens in corde suo.* Equidē si ausa fuisset, signum aliquod, quamuis leue circa rem hanc palam ostendere, illicò Procerum omnium Regni, optimatum Aulicorum, Populorū, ac subditorum cōmunis amor in mortale odium conuersus esset, atq; incōmodis quamplurimis, & valdè grauibus, non sine euidenti discrimine amittendi regna, libertatem, imò & vitam ipsam, necessario succumbere CHRISTINA cogeretur. Igitur Deus optimus maximus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, pulcherrimum modum ei inspirauit, & eò quidem magis aptum ad sui cordis occultandū secretū, quò magis politicū, & ab omni humana suspicione alienum, quamvis mysteriū longe diuersum contineret. Vt sic è Regno liberè exire posset, ne amplius tantum lumen sub modio absconderetur, & suo raro exemplo magis Ecclesiæ Romanæ proficere, quam si, iam Catholica verè comperta, per suorum manus in odium Religionis crudeliter mortua esset, & verè Martyr effecta.

Lucę c. 2. Inspiratio Diuina.

Regis Christianissimi Legato ordinario in illa Sueciæ Aula sui pectoris sacramentum aperire, neq; ei vtile neque proficuū esse videbatur. Licet enim ferè ab incunabilis non aliam educationem nouerit, nisi Francorum, attamen si aliunde eos amabat, experientia simul didicerat, quod in rebus similibus ratio status apud ipsos nimium prævaleat. Et quod idem prorsus esset, Christianissimo Oratori suum cōmunicare secretum, vt arduum opus tutò executioni mādare valeret ac nobilissimū animi sui conceptum, vix natum, miserrimè suffocare. Ergo vt cum Rege Catholico, ad quem animum habebat inclinatissimum, hanc magnam tractandi rem sine vllo periculo locum in-

Reginæ educatio.

veniret, finxit (ò fictio omni laude, & admiratione digna) se maxime flagrare desiderio, arbitram fieri inter vtrumque Regem, nempè Catholicum, & Christianissimum, vt compositis eorum animis, atque sedatis bellis, quibus hucusque Europa ferè omnis depopulatur, pax vniuersalis, diu à populis suspirata, introduceretur. Hæc rara inuentio nec minimam quidem suspicionis vmbrã Oratori eidẽ, aut Regni Senatui parere poterat, licet eius finis longè alius ab illo erat, quem ipsi excogitabant, & ad quem illa propositio ex semet respiciebat. Plaquit omnibus tantæ Reginæ consilium, quæ idcirco, vt comodius trãctationis exordia inciperet, Regem Catholicum certiorem super hanc rem effecit, ac propterea Legatum aliquem ab eo expostulauit. Annuit Rex, misitque opportunè D. Antonium de Pimentelli, & Prado. Huic deinceps, cuius prudentiam, in grauibus negotijs peragendis, Pietatem, & cõstantiam in rebus Religionis merito adamauit, & maximè post octo mensium praxim, in qua postremò, vt verè probaret, vtrum in tantæ rei pondere idoneus extiterit, parum se gratũ sibi fore ostendit, adeo vt ipsum ad petendam à Maiestate sua licentiam, quam citò Regina concessit, induxerit. Et vt proficisceretur, dereliquit, quod & fecit Legatus. Quia verò Nauis, in quam ascenderat, post paucũ iter subtus aqua implebatur (iusserat enim Regina eam artificiosè perforari, ut statim regredi cogeretur) hinc ad litus, à quo discesserat, reuersa est. At cum esset vocatus à Maiestate sua, reperit ipsam Legatus ita clementem, & affabilem, sicut prius, antequam se fingeret indignatam, semper repererat. Itaque Regina cum non amplius Legati cõstantiam in dubium reuocare posset, protinus animum suum eidẽ aperuit, pium propositum, flagransque cor pro amplectenda fide Catholica ostendit. Ac propterea ad Regem Catholicum eum misit, vt tantus Monarcha, cuius Zelus Religionis etiam vitæ comodis, ne dum Regnorũ, Ecclesiæ Romanæ incrementa magnanimiter anteponit, cum summo Pontifice Innocentio X. beatæ memoriæ negocium hoc pertractaret.

Pulcherrima fictio.

Petit à Rege Catholico Legatum, & obtinet.

Vult probare Constantiam Legati.

Legatus proficiscitur, sed cogitur iterũ regredi.

Vocatur à Regina, eique animum aperit.

Mittit ipsum ad Regem Catholicum.

Deus bone, nonne hæc mulier illa eadem erat, quam Parentes

rentes aduersus Domum Austriacam odio conceperant, odio produxerant, & odio educatores aluerant? Nonne CHRISTINA dextrâ, nudato ense armatâ, ab vtero Matris suæ egressa, vt Austriam sobolem omnem è Mundo eliminaret, si posset (atque etiam in Austriam hanc post miseram Genitoris sui extinctionem nouem ab hinc annis vsque ad huius Prouinciæ cõfinia grassatoribus copijs penetrans, defunctosque Principes exterrens, qui iam, vt fugam arriperent, se parauerant) dicere poterat, *Ab infantia mea creuit mecum & de vtero matris meæ egressa est mecum non miseratio*, sed malevolentia? Nec alia de causa, nisi vt ab Imperio Germanico præcipuum, potentiusque obstaculum, ac propugnaculum, per quod ab accessu ad Vrbem subtracta, quæ alias Gothorum meorum, ac VVandalorum vim est experta, imẽsis divitiarum spolijs, ferro, & igne omnia devastando, atque Antichristi sedem, tyrannidemque, clerumq; omnem, simulque cælibatum internecioni tradendo, nequaquam ditari potero, radicitus convellerem? Notanda consideratio. Job. c. 35.

Et quæ hæc participatio Iustitiæ Religionis *cum* Hæresis *iniquitate? Aut quæ societas luci* Catholici Regis fidei *ad errorum tenebras? Quæ autem conuentio Christi* in Hispaniarum, Indiarumque Monarcha *ad Belial* Septemtrionis? *Aut quæ pars fideli* Austrię cum *infideli* sanguine, ex lumbis Gustaui Adolphi emanantis? Illius, inquam, Gustaui, qui tanquam nouus Attila totum penè Austriæ Imperium, debaccans per Germaniam, incredibilibus ærumnijs superbè flagellauerat? Cur igitur in re hac Austriæ tantum, quæ tantùm Austriam paulò ante exterminare inhiauerat, alijs derelictis familijs, admodum potentissimis, & mutua amicitia sibi iam coniuuctis, spontè quidem, & nemine cogente, imò nec suadente, egregium opus confidere CHRISTINA consulit? Si quoties proterere potuisset cum Aula Romana Austriam solam, pro maxima gloria hæc Virgo habuisset, quare modò, vt modum haberet, se posse Romæ conferre, ac lætitia ineffabili sũmi Pastoris suorumque aulicorum omnium corda afficere, amicitiam tantùm Catholici Regis expostulat? Mihi sciscitanti forsitan CHRISTINA ipsa, satis multum gnara, hisce verbis gratiosè respondebit. Corinth. c. 6.

Inter

Austria soboles semper Religione, & Pietate florens.

Inter Christianarum stirpium Prosapias Austriaca quidem, quæ semper ab eius initijs Catholica, ac Pia irreprehensibiliter extitit, Ecclesiæ Romanæ perfectiori fœderis vinculo cõformatur. Hæc admiranda soboles, irruentibus hostium turmis aduersus eam, indefaticata constantia adamantinum pectus vt eorum spicula retunderet, statim obijcit. Et vbi aliquando iam penè depressa videtur, Deo ita permittente, non secus ac procera Palmæ arbor, à ventis & ab imbribus inclinata, iterum resurgit ad miraculum. Hæc Colossæa Domus Deo, & Ecclesiæ Catholicæ dum adeò excellenter, ac intimè supra cæteras Orbis terrarum stirpes Fide, & Pietate coniungitur, ratio ipsa cogit, in arduis rebus, Religionis incrementum concernentibus (inter quas profectò magnorum Principum ad veram credulitatem quam antea deridebant, persequebantur, conversio maximum facinus pensitatur, Colossum hunc, vbi opus multum difficultatis, ac laboris sit habiturum, primum requiri debere. Igitur me eum tota fiducia perquirere, minimè perhorresco, siquidem in eo sanè Matris Ecclesiæ proprietas, amplectendi vicissim dumtaxat hostes instar filiorum, qui eius constantiam, odij anteacti virulentiâ iam depositâ, peramanter amplecti satagunt, pari pietatis teneritudine semper viguit, atque in dies mirabiliter viget. Barbarè amplius viuere sub tyrannide Hæresismi, veritate adeò in me dominante, vti & egomet in mendacium dominor, quin etiam in meipsam, quæ status ac regna parui facio, prorsus remuo. Suaui Christi iugo, leuique oneri mea colla lubenter supponere, ad supremi Sacerdotis pedes humiliter provoluta, sed prius Austriacæ dilectioni, ac amicitiæ, hæreseos fulminatricis indefessæ, innixa, Euangelij iura, rationis, & naturæ me cogunt.

Pietatem Austriam commendat Christina.

Mundus omnis adhuc experitur, omnia attingere Virtutum fastigia Austriorum genus, cedentibus omnibus ferè Religionis, ac Catholicæ, Regiæ, & Imperatricis vitæ momentis, æuo dignis, in cultum Pietatis. Non aliter penè dixerim viueret Pietas, si nasceretur ex hominibus, & regnaret. Eam quam Austriaca Domus gestat in pectore ad Cœli invidiam, lacteam inno-

tiæ viam tanquam ſibi gentilitiam profectò explicat. Pietatem ipſa ſemper exercuit qualem priſcis illis temporibus in Lycurgo Spartani, in Numa Romani, in Ariſtide Athenienſes experiri meruere. Qualemue Chriſtianis ſæculis admirata eſt Hiſpania in Ferdinandis, Gallia in Ludovicis, Anglia in Eduardis, Dania in Canutis, Germania in Henricis, & Orientis, atque Occidentis Imperium in Magnis Conſtantinis, & Carolis. Eius Pietatati, quæ Thaumantis fuit, tot miraculorũ architecta, adſcribatur, Orthodoxæ fidei, magna ex parte Septentrionem ſtetiſſe. Vos ſuperi cum tanti generis plauſibus ſatis eſſe Tellus non poſſit, veſtros de Cœlo addite, acclamate, & dicite: Hæreos fulmen, Eccleſiæ Clypeum, Imperij Coronam, Pietatis Antiſtitem, ac Templum, in quo mihi Deus, ſeu mei pectoris arcano aſylon conſtituit, & in eo ſimul, quotieſcunque vrgeret occaſio, non ſeptem refugij Ciuitates, ſed innumerabiles, in vtroq; Orbe ſub eius regimine circumfuſas. Genus Austriacũ quale in Orbe Christiano.

Obmurmurent pro lubitu tam Acatholici omnes, qui dũ noui Euangelici vocantur, recenſioribus dolis Euangelium ſubuertunt, tam alij quamplurimi Eccleſiæ Romanæ *si & in quantũ* obſequentes, ſed Auſtriacæ Domus hoſtes, & perſecutores. Qui ſanè pro hac mea voluntate tanto me odio habebunt, quanto me prius amabant. Studeant pariter Romæ, & alibi lingua, & calamo meum nomen labefactare, quandoquidem inanes eorum latratus nullo modo pertimeſco, imò irrideo, & ſubſanno. Et quomodo ſaluis conſcientiæ iuribus aliam ab Auſtriaca fidem, & amicitiam hoc in negocio perquirere potuiſſem, ſi experientia didici, aulam meam in rebus politicis, res Eccleſiaſticas, ſiue Religionis parum exiſtimantibus, nihil differre ab ijs, qui mutuò animo, & epiſtolis communicaui? Hactenus CHRISTINA. Et vt verum fatear, quidquid propterea huic Reginæ Deus inſpirauit, & rationibus ab ea iam expreſſis conſentaneum extitit, non caret aliquo teſtimonio, & eo ſinè omni exceptione digno, quò barbari Monarcę calculo conſignato. Nota.

AABAS Perſarum Regem, legationem ſummo Eccleſiæ Paſtori Paulo V. mittentem anno 1608. cum trimulus eſſet PHILIPPVS IV. hæc de III. eius Parente faſſum eſſe, vbi Catholicam

Ex Petro Cudsemio de disperata causa Calvini cap. 19. ad quem P. Henricus Lancelot epistolam latinè conversam miserat ann. 1611 postridie Kal. Aprilis.

fidem se amplecti cuperet, scripserit. *Omnibus debitæ obseruantiæ præuiis signis sanctitatem vestram præsentium tenore certiorem reddo; ad hanc aulam meam appulisse P. Antonium de Gouea Ordinis S. Augustini, atque alios Religiosos eiusdem instituti huc allapsos esse ex mandato altissimi potentissimi Hispaniarum Regis, cuius caput sol pilei vice exornat, quippè tot vaxallos, quot complectitur stellas firmamentum possidet, sub cuius denique vmbra Christiani proteguntur.* Quod verò deindè accidit sequenti anno 1609. die 25. Augusti, & ad totum quidem huius rei complementum plurimum interest, alij recensiores explicant hoc modo.

Ex Laurentio Beyerling Canonico Ant.

Xa Persarum Regis nomine Apostolicæ sedis obedientiam, cultumque laturus, magnis itineribus, & splendido nobilium eius gentis comitatus instructus Romam appulit; & 30. eiusdem Mensis ad summi Pontificis colloquium admissus, omni fauore pariter & honore ab eodem cumulatus fuit, Deoque sollemniter gratiæ actæ, quod genti illi toto orbe à nobis diuisæ tamen post liminio Veritatis lumen effulgiat. Solem suum Pietatis ac Potestatis, capitibus Cęsarũ Regumque Austriorum coruscantem, *oriri facit* Austriadum genus

Matth. c. 5.

super iustos, & iniustos, super bonos & malos, qui iniusta, ac mala dogmata contemnendo, in illius fœdere, & amicitia, in qua tota penè Christianitas, vbi tutius Religio viget, esse & reperiri gloriatur, esse & reperiri studet. Quod consilium cũ prudentissima Virgo CHRISTINA amplecteretur, tot dignis innixa argumentis, quot ipsamet superius proprio ore explicuit, iustam laudem, & nomen sibi apud cordatos viros comparasse, prorsus fatendum.

Legatus Catholicus reuertitur à Madrito.

Cum ergo, vt ad historiæ tramitem redeam, ab Aula Madritica Catholicus Legatus de Pimentel reuersus esset, quancitius nunciauit Reginæ, non quæ ab Aulicis Suedicis omnibus, ac præcipuè à Regis Christianissimi Oratore communiter, & firmiter credebatur (putabant enim illius regressum non alios tractatus in responsionibus Regis Catholici continere, nisi eos tantum sub quorum prætextu missus fuerat) sed quæ Reginæ placito ac desiderio maximè arridebant. Nimirum, Regem Catholicum imẽnsum cordis iubilum super nobilissimum suæ Maiestatis propositum concepisse, ac ineffabiliter læthari.

Nec

Nec non ad omnia, quæ, vt grande opus ad summam totius Ecclesiæ consolationem, & orbis orthodoxi gloriam perficeretur, oportebant, se paratissimum fore. Fertur, Senatum consultum tum Romà coram summo Pontifice, tum Madrito coram Rege Catholico secretè determinasse, melius, & vtilius fore, Reginam, spe omni iam frustratam, se subditis in rebus fidei profecturam, vbi paulatim Catholicis inclinatam se ostenderit, quinimò certiorem esse, pergrauibus discriminibus se ipsam exposituram, è Regno exire, quam ibi manere. Nota.

Quamobrem statim generosissima Virgo CHRISTINA, quæ *Regnis & Sedibus* Veritatem Catholicam, ac Cælestem sapientiam terrenæ sapientiæ iam præponebat, *& diuitias nihil esse ducebat in comparatione illius*, ad hoc consilium, quod obsequium fidei complectebatur, intellectum captiuans, eique immutabile propositum magnanimiter supponens, excogitare cepit, quid esset actura, vt commodè, & sine ulla Populorum commotione egredi è Reguo posset, & fidem Catholicam, abiuratâ Hæresum pertinaciâ, palàm profiteri. Idcircò pluries ad iteratã consultationem medicorum collegium coegit, vt quotidiano morbo, quo diù afficiebatur (Medici vocant obstrutiones) salutare remedium adinuenirent. Omnes concorditer statuerunt, balnea quidem nominatissima Belgarum satis idonea ad huiusmodi morbum planè vincendum, si nimirum ibidem Maiestas sua quancitius opportuno tempore se transtulerit. Proceres Regni, qui non minus de salute propria, quam de illa tantæ Reginæ, ab eis communiter plurimũ dilectæ, curabant, illicò pari voto ad hoc consenserunt. Hinc factum, vt iuxto colore, ac prętextu Patrueli suo Regna, ne aliquid noui, ea absente, eueniret, antequàm proficisceretur, Regina designaret. Quod & fecit, toto Senatu sine vllo discrimine consentiente. Non paulò post regio comitatu ac simul cum fidelissimo Regis Catholici Legato, misso prius ad eundem Regem Confessario suo P. Ioanne Baptista Guemes Castiliano Ordinis Prædicatorum, quem idem Legatus tanquam à secretis habitu seculari induto, vt Reginam Christianam vitam doceret, secum duxerat, decessit.

Sapient. c. 7.

Medicorum consultatio, ac decretum super Reginæ morbo.

Regina proficiscitur à Regno.

deceſſit. Ac deindè Bruxellæ poſt eiuſdem Religioſi redditum in eius manibus coram Sereniſſimo Archiduce Leopoldo Guillelmo, nec non & Proceribus de Pimentello, de Montecuccoli, de Foſſantagna hæreſim in Palatio regio ſecretè abiurauit, & fidem Catholicam profeſſa eſt anno. 1654. die 24. Decembris. Publicam verò profeſſionem, quam ei litteris apoſtolicis ſummus Chriſti Vicarius ſuaſerat iuxta ſollemne Eccleſiæ Romanæ ritum, Oeniponto in Templo Aulico Fratrum minorum ſtrictioris obſeruantiæ, aſſiſtentibus Archiducibus Ferdinando Carolo, Anna Medicæa, & Sigiſmundo Franciſco, nec non Catholico Legato, magna ſimul Aulicorum, & huius Prouinciæ concurente ad tantum ac tale ſpectaculum, non dum à ſeculis auditum, aut viſum, Nobilitate, & confluentibus vndique populis, in manibus Reuerēdiſſimi Miſſi Pontificis raro exemplo, rariſq; Chriſtianæ Pietatis indicijs, flentibus omnibus, hilariter emiſit anno 1655. die 3. Nouembris.

Eius ſecreta abiuratio, & fidei Catholicæ profeſſio.

Profeſſio publica.

Quæ nuper enucleatius breui enarratione, currenti ac ſimplici atramēto, vix hinc Romam verſus Sereniſſima Regina profecta, ſuper hanc rem prælo dedi, certè Maieſtas tua, ſi hic repeterem, grauaretur. Poſſem tamen multa alia hoc in loco ſubnectere ad totius hiſtoriæ cōplementum, ſicut ibidem promiſi; at quia deindè aduerti, aliam omninò eſſe præſentis ſcriptionis intentionem, ab ea quam animo propoſueram, abſtinui; & hæc tantum afferre, veluti ad rem præſentem ſatis quidem ſufficientia, ſaniori conſilio motus, decreui. Eo vel maximè quia ſingula Italicè & accuratè exaraui, ſeptem exhibitis Hierogliphycis, quorum dicteria è ſacra ſcriptura depromp ſi. Hierogliphyca ipſa ſeptem quoque titulis correſpondent, tituli autem hiſce nominibus, quæ ſunt. CHRISTINA *Regnante* (ex hibeo Italicè, vt ſcripſi) *Illuminata, Riſoluta, Catholica, Auſtriaca, Verſo Roma, e in Roma.* Opuſculum ſanè non contemnendum, licet nondum impreſſum, quemadmodum completum. Verum antequam Gētiliciam eiconem clypei Europæ, Coloſſo Auſtriaco debitam reuerentiam exhibentis, aperiam, opere pretium duxi, imēdiatè ea tantum hic reſcribere, quæ tam præuiæ diſpoſitioni

Opus Italicum Auctoris, ſed imprimendum.

ſitioni præfatæ, publicæque Maieſtatis ſuæ profeſſioni, quam eidem profitenti ante Altare maius ſupradicti Templi aulici contingerunt.

AFFERVNTVR EXEMPLARIA, quæ ad planè ſciendum publicum Reginæ CHRISTINÆ Profeſſionis fidei actum plurimum conferunt.

SANCTISSIMI D. N. ALEXANDRI VII. LITERÆ.

Ad Sereniſſ: Principes Archiduces Auſtriæ

In Comitatu Tyrolenſium.

Dilecto filio Nobili Viro FERDINANDO CAROLO Archiduci Auſtriæ.

ALEXANDER PP. VII.

Dilecte Fili Nobilis Vir Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Impulit Nos quam impoſito Nobis oneri debemus Paſtoralis ſolicitudo, vt dilectum filium Lucam Holſtenium noſtrum & Protonotarium Apoſtolicum, Baſilicæ Sancti Petri Canonicum, noſtræque Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtodem ad arduam rem, grauiſſimamque conficiendam in Germaniam mitteremus, Virum, in quo, præter inſignes literas de Romanæ Eccleſiæ dignitate præclarè meritas, egregiam fidem ac probitatem pars cũ rerum agendarum peritia conjunctam hæc ætas ſuſpicit. Inſti-

tuto Nobilitatis Tuæ injuria quodammodo fieret, si tecum pluribus ageremus, vt eum Nostro Te nomine salutatem benignè, humaniterque complectaris, cum assiduis documentis posteritatem erudias, nihil in auita gloria Patrimonio charius tibi esse Laude suscepti eorum patrocinij, quos cum sua ipsorum Virtus amplissimum testimonium Pontificia Beneuolentia commendat. Cæterum quo erga Nobilitatem Tuam studio flagremus, quamque impensè rerum Tuarum progressibus faueamus, ab eodem luculenter accipies. Tibique Apostolicam Benedictionem peramanter elargimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die X. Octobris M. DC. LV. Pontificatus Nostri anno Primo.

Natalis Rondininus.

Dilectæ in Christo filiæ Nobili Mulieri (Annę Mediceæ) Archiducissæ Austriæ.

ALEXANDER PP. VII.

DIlecta in Christo filia nobilis Mulier Salutem, & Apostolicam benedictionem. In mandatis, quæ Dilecto filio Lucæ Holstenio Domestico nostro, Protonotario Apostolico, Basilicæ S. Petri Canonico, & Bibliothecæ Vaticanæ Custodi dedimus occasione rerum maximarum, quas Germaniæ peragendas commisimus, præcipuè habetur, vt Nobilitatem tuam nostro nomine inuisat, deque nostra in te propensa voluntate luculenter erudiat. Hanc significationem plurimi à te fieri, & nos constanter credimus, & Nobilitas tua cumulatissimè declarabit, si virum

virum egregia fide, ac probitate omnibusque bonis artibus expolitum benignè exceperit, tuaque auctoritate vbi opus fuerit officijsque tuebere. Quod ut praestes etiam atque etiam à Nobilitate tua petimus, cui Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die X. Octobris M. DC. LV. Pontificatus nostri Anno Primo.

SANCTISSIMI D. N. ALEXANDRI PP. VII. Litteræ ad Serenissimam Reginam.

CHARISSIMÆ IN CHRISTO filiæ nostræ Christinæ Sueciæ Reginæ Illustri.

ALEXANDER PP. VII.

CHarissima in Christo filia nostra salutem & Apostolicam benedictionem. Vbi primum allatum nobis est, Majestatem tuam apud Bruxellas Romanæ, hoc est, Catholicæ Fidei integritatem, licet non palam amplexam, è veterum errorum colluuione emersisse, nouamque per Spiritum Sanctum creatam in ea esse sapientiam, in quam nihil inquinatum incurrit, quantum gaudium ad intimum animi sensum permanauerit, nulla tanta est in verbis vis ac magnitudo, qua id exequi, aut exprimere dicendo possimus. Hanc sanè multò maximam lætitiam, cui vix quicquam adijci posse videbatur, summoperè auxit huc à Te institutum iter, vt Apostolorum trophæa, & Fidem Apostolico ore laudatam, Nosque, quos licet immeritos Petri atque sui ipsius vicæ terris præesse Chri-

stus voluit, venereris. Quæ in re non modo præclarissimorum Principum immortales laudes æquabis, qui sibi gloriosum duxerunt, triumphales fasces & lauream ad Piscatoris Romanorumque Pontificum pedes deponere, verum etiam ab ipsa Vrbe rectè sentiendi docendique Magistra hauries verè cælestis doctrinæ præcepta. Quoniam tamen non sine aliqua eorum jactura, qui sibi inanem scientiæ opinionem induerunt, & apud semetipsos solum prudentes sunt, tantum lumen adhuc sub modio conditur, debet tandem excelso ex loco omnibus prælucere, vt & illi per hæc exempla & vestigia ingrediantur. Mittimus ad Majestatem tuam dilectum filium Lucam Holstenium, Domesticum nostrum, & Protonotarium Apostolicum, S. Petri Basilicæ Canonicum, & Vaticanæ nostræ Bibliothecæ custodem, virum omnium literarum eruditione, ac singulari pietate nobis eximiè charum, qui tibi publicè Catholicam Fidem ex veteri & recepto Romanæ Ecclesiæ more profitenti adsit, & à quo pluribus nostræ erga Te charitatis voluptatisque percepta immensa planè vis explicetur. Certissimam autem in spem adducimur, ab eomet, qui adeo misericorditer in Te operatus est salutem, nihil omissuram Majestatem tuam, vt amplissimi hujus beneficij se non indignam ostendat, summoque in hanc sanctam sedem obsequio, obnixaque obedientia omnibus testaturam, se Catholicam fidem ardenter concupisse. Ab eodem Luca & paternam nostram amantissimam benedictionem, & plura in hanc sententiam accipiet Majestas tua: cui à Deo felicitatem, atque vt eam, quam dextera sua mirabiliter in te fecit virtutem confirmet impensissimè precamur. Datum Romæ apud S. Mariã Majorẽ sub Annulo Piscatoris, die X. Octobris M. DC. LV. Pontificatus nostri Anno primo.

Sub-

Subſignatum erat: Natalis Rondininus, & ſuperſcriptum: Chariſsimæ in Chriſto filiæ Chriſtinæ Sueciæ Reginæ illuſtri.

Allocutio Miſſi Apoſtolici ad omnes circumſtantes.

QVandoquidem ſanctiſsimus Dominus noſter Alexander Papa VII. ſupremus Eccleſiæ Catholicæ paſtor, me ad excipiendam publicam Fidei Catholicæ profeſsionem, quam Sereniſsima Regina CHRISTINA editura eſt, ab Vrbe huc miſit, vt ad ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium anhelantem veteri ac ſolemni more recipiam, principiò, vt cuncta ritè atque ordine fiant, legatur Breve, quod præ manibus habeo, quo huius negotij gerendi facultatem plenamque auctoritatem Summus Pontifex mihi tribuit: quod etiam à Notario præſente geſtis allegari poſtulo.

DILECTO FILIO LVCÆ HOLSTENIO, PRESBYTERO HAMBVRGENSI,

Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Canonico, Familiari & continuo commenſali noſtro.

ALEXANDER PP. VII.

DIlecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut non ſine ſpirituali animi noſtri lætitia accepimus, Chriſtina Sueciæ Regina illuſtris ex parentibus hæreticis procreata, ac in hæreſibus educata & inſtructa, diuino numine illuſtrata, viaque veritatis agnita eaſdem hæreſes omnino deſerere, & ad gremium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, benedicente Domino, redire deſideret: Nos, qui pro paſtorali munere id vnum præcipuè curare tene-

 mur,

mur, vt si qua oues à veritatis semita aberrant, in viam salutis reuocentur, de tua singulari pietate, prudentia, Religionis Catholicæ, & honoris domus Dei Zelo plurimum in Dominio confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tibi eandem Christinam Reginam, siue praua abiuratione præcedente, sed loco abiurationis recepta tantum ab ea Fidei Catholicæ professione, iuxta articulos pridem à Sede Apostolica propositos ab hæresibus huiusmodi, ac quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis per eam propterea quomodolibet incursis, iniuncta ei aliqua pœnitentia salutari, alijsque iniungendis, prout eiusdem Christinæ Reginæ animæ saluti expedire cognoueris, in vtroque foro auctoritate nostra absoluendi, eandemque Christinam Reginam in gremium eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ recipiendi, & reconciliandi, adhibito aliquo ad prædictos actus Notario publico, tenore præsentium plenam, liberam, & amplam facultatem concedimus & impartimur. Volentes vt simplici tuæ attestationi, etiam nullis adhibitis testibus, accedente tamen tua subscriptione, plena & omnimoda fides adhibeatur. Non obstantibus Apostolicis, ac in vniuersalibus, prouincialibusque, & synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, decretis, vsu, & stilo tribunalis Officij sanctæ & vniuersalis Inquisitionis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die X. Octobris, M. DC. LV. Pontificatus nostri anno primo.

G. Gualterius.

Eiusdem

Eiusdem requisitio testium.

QVamvis hæc res in publica luce sub oculis & conspectu Ecclesiæ geratur, vt de eius fide & vigore dubium esse nõ possit, attamen Serenissimos Archiduces & Illustrissimum Catholici Regis legatum testes de proximo adesse, & professionem istam manus suæ subscriptione confirmare desidero. Vt sub tam illustri testimonio Sedi Apostolicæ & vniuersæ Dei Ecclesiæ in præsenti, & omni posteritati futuræ de actorum veritate certò constare possit.

Eiusdem Allocutio ad Reginam, cum ei formam Professionis legendam traderet.

HÆc est sollemnis & consueta fidei Catholicæ profitendæ forma, qua sancta Romana Ecclesia vtitur, eam Serenissima Regina hic coram me & testibus, qui adsunt, clara & distincta voce legat, & postea manu sua subscribat.

Et Serenissima Regina legit & subscripsit.

FORMA PROFESSIONIS FIDEI CATHOLICÆ.

EGo CHRISTINA firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum, Patrẽ omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omniũ & inuisibilium: Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero: genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est; & resurrexit tertia die secundum scripturas: & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni nõ erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioq; procedit: qui cum Patre & Filio simul adora-

tur,

tur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas: & vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi, Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto: nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoq; septem esse veré & propriè Sacramenta nouæ legis à IESV Christo, Domino nostro, instituta, atque ad salutem humani generis licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem & Matrimonium: illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto: Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerūt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum, proprium & propitiatorium sacrificium, pro viuis & defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, vna cū anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conversionem totius substantitiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem: quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantùm specie, totū atq; integrū Christum, verumq; Sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari: Similiter & sanctos vna cum Christo regnantes, venerandos atq; inuocandos esse; eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissimé assero, imagines Christi ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam: Indulgentiarum etiam potestatem á Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem & magistram agnosco: Romanoque Pontifici, B. Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro: Cætera item omnia á sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè á sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam

nemo

nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adiuuante, retinere & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturam Ego eadem CHRISTINA spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Christina.

Ferdinandus Carolus Archidux Austriæ testis adfui, & subscripsi.

Sigismundus Franciscus Archidux Austriæ Episcopus Augustanus & Gorcensis, testis adfui & subscripsi.

Don Antonius de Pimentel de Prado Catholici Regis Legatus, testis fui & subscripsi.

Lucas Holstenius Basilicæ S. Petri Canonicus hanc Professionem excepi, & subscripsi.

In Christi nomine Amen.

ANno ab eiusdem salutiferâ Incarnatione millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Indictione verò octaua, die tertia mensis Nouembris, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, ac DD. nostri Domini Alexandri Diuinâ prouidentiâ Papæ Septimi anno primo, Oeniponte, vulgò Insprugg, Diœcesis Brixinensis, circa meridiem, in Ecclesia Archiducali Sanctæ Crucis, ante altare maius. Ibidem personaliter constituta Serenissima DD. Christina nata Regina Sueciæ, &c. hanc supra scriptam Catholicæ Fidei Professionem sponte, & animo benè deliberato, genuflexa, claraque voce, coram supra scriptis testibus ad præmissa rogatis, in facie Ecclesiæ, tactis sacrosanctis Euangeliis emisit. Quâ Professione fidei peracta, prælaudata Serenissima D.D. Regina, & Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Lucas Holstenius Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Sanctissimi D.D. nostri fa-

miliaris, & continuus commensalis me Notarium infra scriptū gratiosissimè requisiuerunt, vt vnum vel plura instrumenta publica ad perpetuam rei memoriam desuper conficerem. Et quia ego infra nominatus publicus fidei Catholicæ Professioni, à Serenissima D.D. Regina Christina &c. ad manus præfati Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Holstenij nomine, & vice Romanæ Sedis Apostolicæ secundum præscriptum ritum sacri Concilij Tridentini vigore Delegationis Apostolicæ recipientis palàm emissæ, vna cum Testibus interfui, eamque simul atque subscriptiones ita fieri vidi, & audiui. Ideò in fidem hoc præsens instrumentum publicum exinde confeci, scripsi, propria manu subscripsi. Publicaui, & Notariatus signo meo solito requisitus corrobboraui. Actum vt supra.

Nicolaus Zerzer Archiducalis Consiliarius, Secretarius, & auctoritate Pontificia atque Imperiali Notar. publicus &c.

NOs N.N. Serenissimi Principis Ferdinandi Caroli Archiducis Austriæ &c. Præses, Cancellarius, Regentes & Consiliarij superioris Austriæ Provinciarum attestamur, supranominatum Nicolaum Zerzer tam Archiducalem Consiliarium, quam Regiminis superioris Austriæ Provinciarum Secretarium & Legalem, & authenticum esse Notarium, vti præmissum, ac proindè illius Scripturis & Instrumentis publicis in Iudicijs & extra, hic & vbique plenam & indubitatam adhiberi posse ac debere fidem; in cuius rei Testimonium præsentes Sigillo Archiducali communiri jussimus. Actum Oeniponti die octaua mensis Novembris, Anno 1655.

Ioannes Christophorus Castner de Castenstain Archiducalis Consiliarius, & Archiui Praepositus.

FORMA

FORMA ABSOLVTIONIS POST editam Fidei Catholicæ Profeßionem.

℣. Domine Deus virtutum conuerte nos.
℟. Et ostende faciem tuam & salui erimus.
℣. Exurge Christe adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Sicut sperauimus in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus qui errantibus vt in viam posśint redire iustitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis qui Christiana profeśsione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea quæ sunt apta sectari.

DEus qui errata corrigis, & dispersa cōgregas, & cōgregata conseruas: quęsumus, super populum Christianum tuæ vnionis gratiam clementer infunde, vt diuisione reiecta, vero pastori Ecclesiæ tuæ vniens, tibi dignè valeat famulari.

OMnipotens sempiterne Deus, hanc ouem tuam de faucibus lupi tua virtute subtractam paterna recipe pietate, & gregi tuo pia benignitate reforma: ne de tuæ familiæ damno inimicus exultet, sed de conuersione & liberatione eius Ecclesia tua, vt pia mater de filia reperta, gratuletur.

DEus qui hominem ad imaginem tuam conditum misericorditer reparas, quem mirabiliter creasti, respice propitius super hanc famulam tuam, vt quod illi ignorantiæ cæcitate hostili, & diabolica fraude surreptum est, indulgentia tuæ pietatis ignoscat, & absoluat: vt sanctę tuæ Ecclesię, recepta veri-

tuto Nobilitatis Tuæ injuria quodammodo fieret, si tecum pluribus ageremus, vt eum Nostro Te nomine salutãtem benignè, humaniterque complectaris, cum assiduis documentis posteritatem erudias, nihil in auita gloria Patrimonio charius tibi esse Laude suscepti eorum patrocinij, quos cum sua ipsorum Virtus amplissimum testimonium Pontificia Beneuolentia commendat. Cæterum quo erga Nobilitatem Tuam studio flagremus, quamque impensè rerum Tuarum progressibus faueamus, ab eodem luculenter accipies. Tibique Apostolicam Benedictionem peramanter elargimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die X. Octobris M. DC. LV. Pontificatus Nostri anno Primo.

Natalis Rondininus.

Dilectæ in Christo filiæ Nobili Mulieri (Annę Mediceæ) Archiducissæ Austriæ.

ALEXANDER PP. VII.

D*ilecta in Christo filia nobilis Mulier Salutem, & Apostolicam benedictionem. In mandatis, quæ Dilecto filio Lucæ Holstenio Domestico nostro, Protonotario Apostolico, Basilicæ S. Petri Canonico, & Bibliothecæ Vaticanæ Custodi dedimus occasione rerum maximarum, quas Germania peragendas commisimus, præcipuè habetur, vt Nobilitatem tuam nostro nomine inuisat, deque nostra in te propensa voluntate luculenter erudiat. Hanc significationem plurimi à te fieri, & nos constanter credimus, & Nobilitas tua cumulatissimè declarabit, si virum*

virum egregia fide, ac probitate omnibusque bonis artibus expolitum benignè exceperit, tuaque auctoritate vbi opus fuerit officijsque tuebere. Quod ut praestes etiam atque etiam à Nobilitate tua petimus, cui Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die X. Octobris M. DC. LV. Pontificatus nostri Anno Primo.

SANCTISSIMI D. N. ALEXANDRI PP. VII. Litteræ ad Serenissimam Reginam.

CHARISSIMÆ IN CHRISTO filiæ nostræ Christinæ Sueciæ Reginæ Illustri.

ALEXANDER PP. VII.

Charissima in Christo filia nostra salutem & Apostolicam benedictionem. Vbi primum allatum nobis est, Majestatem tuam apud Bruxellas Romanæ, hoc est, Catholicæ Fidei integritatem, licet non palam amplexam, è veterum errorum colluuione emersisse, nouamque per Spiritum Sanctum creatam in ea esse sapientiam, in quam nihil inquinatum incurrit, quantum gaudium ad intimum animi sensum permanauerit, nulla tanta est in verbis vis ac magnitudo, qua id exequi, aut exprimere dicendo possimus. Hanc sanè multò maximam lætitiam, cui vix quicquam adijci posse videbatur, summoperè auxit huc à Te institutum iter, vt Apostolorum trophæa, & Fidem Apostolico ore laudatam, Nosque, quos licet immeritos Petri atque sui ipsius vicæ terris præesse Chri-

ſtus voluit, venereris. Quæ in re non modò præclariſſimorum Principum immortales laudes æquabis, qui ſibi glorioſum duxerunt, triumphales faſces & lauream ad Piſcatoris Romanorumque Pontificum pedes deponere, verum etiam ab ipſa Vrbe rectè ſentiendi docendique Magiſtra hauries verè cæleſtis doctrinæ præcepta. Quoniam tamen non ſine aliqua eorum jactura, qui ſibi inanem ſcientiæ opinionem induerunt, & apud ſemetipſos ſolum prudentes ſunt, tantum lumen adhuc ſub modio conditur, debet tandem excelſo ex loco omnibus prælucere, vt & illi per hæc exempla & veſtigia ingrediantur. Mittimus ad Majeſtatem tuam dilectum filium Lucam Holſtenium, Domeſticum noſtrum, & Protonotarium Apoſtolicum, S. Petri Baſilicæ Canonicum, & Vaticanæ noſtræ Bibliothecæ cuſtodem, virum omnium literarum eruditione, ac ſingulari pietate nobis eximiè charum, qui tibi publicè Catholicam Fidem ex veteri & recepto Romanæ Eccleſiæ more profitenti adſit, & à quo pluribus noſtræ erga Te charitatis voluptatiſque percepta immenſa planè vis explicetur. Certiſſimam autem in ſpem adducimur, ab eomet, qui adeo miſericorditer in Te operatus eſt ſalutem, nihil omiſſuram Majeſtatem tuam, vt ampliſſimi hujus beneficij ſe non indignam oſtendat, ſummoque in hanc ſanctam ſedem obſequio, obnixaque obedientia omnibus teſtaturam, ſe Catholicam fidem ardenter concupiſſe. Ab eodem Luca & paternam noſtram amantiſſimam benedictionem, & plura in hanc ſententiam accipiet Majeſtas tua: cui à Deo felicitatem, atque vt eam, quam dextera ſua mirabiliter in te fecit virtutem confirmet impenſiſſimè precamur. Datum Romæ apud S. Mariã Majorẽ ſub Annulo Piſcatoris, die X. Octobris M. DC. LV. Pontificatus noſtri Anno primo.

Sub-

Subſignatum erat: Natalis Rondininus, & ſuperſcriptum: Chariſsimæ in Chriſto filiæ Chriſtinæ Sueciæ Reginæ illuſtri.

Allocutio Miſſi Apoſtolici ad omnes circumſtantes.

QVandoquidem ſanctiſsimus Dominus noſter Alexander Papa VII. ſupremus Eccleſiæ Catholicæ paſtor, me ad excipiendam publicam Fidei Catholicæ profeſsionem, quam Sererenifsima Regina CHRISTINA editura eſt, ab Vrbe huc miſit, vt ad ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium anhelantem veteri ac ſolemni more recipiam, principiò, vt cuncta ritè atque ordine fiant, legatur Breve, quod præ manibus habeo, quo huius negotij gerendi facultatem plenamque auctoritatem Summus Pontifex mihi tribuit: quod etiam à Notario præſente geſtis allegari poſtulo.

DILECTO FILIO LVCÆ HOLSTENIO, PRESBYTERO HAMBVRGENSI,

Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Canonico, Familiari & continuo commenſali noſtro.

ALEXANDER PP. VII.

DIlecte fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut non ſine ſpirituali animi noſtri lætitia accepimus, Chriſtina Sueciæ Regina illuſtris ex parentibus hæreticis procreata, ac in hæreſibus educata & inſtructa, diuino numine illuſtrata, viaque veritatis agnita eaſdem hæreſes omnino deſerere, & ad gremium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, benedicente Domino, redire deſideret: Nos, qui pro paſtorali munere id vnum præcipuè curare tene-

mur, vt si quæ oues à veritatis semita aberrant, in viam salutis reuocentur, de tua singulari pietate, prudentia, Religionis Catholicæ, & honoris domus Dei Zelo plurimum in Dominio confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tibi eandem Christinam Reginam, siue praua abiuratione præcedente, sed loco abiurationis recepta tantum ab ea Fidei Catholicæ professione, iuxta articulos pridem à Sede Apostolica propositos ab hæresibus huiusmodi, ac quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis per eam propterea quomodolibet incursis, iniuncta ei aliqua pœnitentia salutari, alijsque iniungendis, prout eiusdem Christinæ Reginæ animæ saluti expedire cognoueris, in vtroque foro auctoritate nostra absoluendi, eandemque Christinam Reginam in gremium eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ recipiendi, & reconciliandi, adhibito aliquo ad prædictos actus Notario publico, tenore præsentium plenam, liberam, & amplam facultatem concedimus & impartimur. Volentes vt simplici tuæ attestationi, etiam nullis adhibitis testibus, accedente tamen tua subscriptione, plena & omnimoda fides adhibeatur. Non obstantibus Apostolicis, ac in vniuersalibus, prouincialibusque, & synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, decretis, vsu, & stilo tribunalis Officij sanctæ & vniuersalis Inquisitionis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die X. Octobris, M. DC. LV. Pontificatus nostri anno primo.

G. Gualterius.

Eiusdem

Eiusdem requisitio testium.

QVamvis hæc res in publica luce sub oculis & conspectu Ecclesiæ geratur, vt de eius fide & vigore dubium esse nõ possit, attamen Serenissimos Archiduces & Illustrissimum Catholici Regis legatum testes de proximo adesse, & professionem istam manus suæ subscriptione confirmare desidero. Vt sub tam illustri testimonio Sedi Apostolicæ & vniuersæ Dei Ecclesiæ in præsenti, & omni posteritati futuræ de actorum veritate certò constare possit.

Eiusdem Allocutio ad Reginam, cum ei formam Professionis legendam traderet.

HÆc est sollemnis & consueta fidei Catholicæ profitendæ forma, qua sancta Romana Ecclesia vtitur, eam Serenissima Regina hic coram me & testibus, qui adsunt, clara & distincta voce legat, & postea manu sua subscribat.

Et Serenissima Regina legit & subscripsit.

FORMA PROFESSIONIS FIDEI CATHOLICÆ.

EGo CHRISTINA firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum, Patrẽ omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omniũ & inuisibilium: Et in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero: genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est; & resurrexit tertia die secundum scripturas: & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni nõ erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioq; procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur,

tur, & conglorificatur: qui locutus est per Prophetas: & vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi, Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiæ obseruationes & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto: nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoq; septem esse veré & propriè Sacramenta nouæ legis à IESV Christo, Domino nostro, instituta, atque ad salutem humani generis licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem & Matrimonium: illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto: Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerũt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum, proprium & propitiatorium sacrificium, pro viuis & defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, vna cũ anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantitiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem: quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantùm specie, totũ atq; integrũ Christum, verumq; Sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari: Similiter & sanctos vna cum Christo regnantes, venerandos atq; inuocandos esse; eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissimé assero, imagines Christi ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam: Indulgentiarum etiam potestatem á Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem & magistram agnosco: Romanoque Pontifici, B. Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro: Cætera item omnia á sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam

nemo

nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum, constantissimè, Deo adiuuante, retinere & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturam. Ego eadem CHRISTINA spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Christina.

Ferdinandus Carolus Archidux Austriæ testis adfui, & subscripsi.

Sigismundus Franciscus Archidux Austriæ Episcopus Augustanus & Gorcensis, testis adfui & subscripsi.

Don Antonius de Pimentel de Prado Catholici Regis Legatus, testis fui & subscripsi.

Lucas Holstenius Basilicæ S. Petri Canonicus hanc Professionem excepi, & subscripsi.

In Christi nomine Amen.

ANno ab eiusdem salutiferâ Incarnatione millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Indictione verò octaua, die tertia mensis Nouembris, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris, ac DD. nostri Domini Alexandri Diuinâ prouidentiâ Papæ Septimi anno primo, Oeniponte, vulgò Insprugg, Diœcesis Brixinensis, circa meridiem, in Ecclesia Archiducali Sanctæ Crucis, ante altare maius. Ibidem personaliter constituta Serenissima DD. Christina nata Regina Sueciæ, &c. hanc supra scriptam Catholicæ Fidei Professionem spontè, & animo benè deliberato, genuflexa, claraque voce, coram supra scriptis testibus ad præmissa rogatis, in facie Ecclesiæ, tactis sacrosanctis Euangelijs emisit. Quâ Professione fidei peracta, prælaudata Serenissima D.D. Regina, & Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Lucas Holstenius Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Sanctissimi D.D. nostri fa-

FORMA ABSOLVTIONIS POST editam Fidei Catholicæ Profeſsionem.

℣. Domine Deus virtutum conuerte nos.
℟. Et oſtende faciem tuam & ſalui erimus.
℣. Exurge Chriſte adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.
℟. Sicut ſperauimus in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus qui errantibus vt in viam poſsint redire iuſtitiæ, veritatis tuæ lumen oſtendis: da cunctis qui Chriſtiana profeſsione conſentur, & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini, & ea quæ ſunt apta ſectari.

DEus qui errata corrigis,& diſperſa cõgregas, & cõgregata conſeruas: quęſumus, ſuper populum Chriſtianum tuæ vnionis gratiam clementer infunde, vt diuiſione reiecta, vero paſtori Eccleſiæ tuæ vniens, tibi dignè valeat famulari.

OMnipotens ſempiterne Deus, hanc ouem tuam de faucibus lupi tua virtute ſubtractam paterna recipe pietate, & gregi tuo pia benignitate reforma: ne de tuæ familiæ damno inimicus exultet, ſed de conuerſione & liberatione eius Eccleſia tua, vt pia mater de filia reperta, gratuletur.

DEus qui hominem ad imaginem tuam conditum miſericorditer reparas, quem mirabiliter creaſti, reſpice propitius ſuper hanc famulam tuam, vt quod illi ignorantiæ cæcitate hoſtili, & diabolica fraude ſurreptum eſt, indulgentia tuæ pietatis ignoſcat, & abſoluat: vt ſanctę tuæ Eccleſię, recepta veritatis

tatis tuæ communione, vniatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sęculorum, Amen.

PArcat tibi Deus, & ab omnibus peccatis tuis te absoluat, & ad vitam peducat æternam.

ET ego auctoritate Apostolica, qua hac in parte ex speciali commissione sanctissimi Domini nostri Alexandri PP. VII. fungor, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis quomodolibet incursis: & in gremium sanctæ matris Ecclesiæ Catholicę Romanę te recipio, & sacrosanctis eiusdem Sacramentis, & communioni atque vnitati fidelium restituo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

℣. Confirma hoc Deus quod operatus in nobis.
℟. A templo sancto tuo quod est in Ierusalem.
℣. Ecce sic benedicetur homo.
℟. Qui timet Dominum.
℣. Benedicat te Domiuus ex Sion.
℟. Qui fecit cœlum & terram.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat semper, Amen.

PONIT AVCTOR Scuti Europæ declarationem, moxque totum articulum concludit.

AVstrię Sobolis clypeum vnà cum Reginę CHRISTINÆ Numismate, quod antequam exitum è Regno ea arriperet, cudi fecit, Europa, Colossum tui generis, ò Rex, salutans,

falutans, & inclinans, fimul patefacit. Illud, inquam, Numifma, cuius pars vna Sereniffimæ Virginis effigiem cum folo nomine CHRISTINA, altera verò Coronam & hoc cum dicterio, ET SINE TE, exprimebat. Adinventum equidem fatis ingeniofum, & nec myfterio, nec facramento carens. Schema verè mirandum, & inter nobiliora, ac exiftimatiora prifcorum Cæfarum, Regumq; toreumata reponendum. Attamen priufquam conceptus adeo vnicus ex tam Doctæ Serenitatis animo in Orbis lucem prodiret, Reginę nomen, in baptifmate fufceptum, ac dignitatis titulo iunctum, eundem, & eiufdem facramenta multò ante fuis in literis tranfpofitiuè continebat. Afferam argumentum, & eius declarationem. Numifma Chriftinæ.

CHRISTINA

REGINA SVETIÆ

Anagramma

ET SINE TE Hauris cara Igni.

ET SINE TE *dicto illinc, fpernens Regna, coronam,*
Iftinc nomen habet, Virgo, Numifma tuum.
Sic Hauris cara Igni, *qui Deus eft* (afpicis inquam)
Et quæ auro fculpis, nomine digna geris.

Et quæ hæc cara, Igni, fiue in Igne Diuino, cuius claritas *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* ratione illius infcriptionis ET SINE TE haufta, feu perfpecta? Enigma hoc nifi è fuis tenebris eruatur, intellectu prorfus carebit. Ecce breuis & compta dilucidatio, ex celebri illo Panegyrico defumpta, quem fub argumento, MVNDVS NOVVS, in eadem die, in qua Regina ab hac difceffit Ciuitate, Collegium Societatis Iefu proprijs eius manibus præfentauit. Ex quo de tam magna, ac potenti Regina, diuitijs & ætate florens, cuius imperio amor ingens, reuerentia multa, conftanfque Populorum fubiectio ad nutum parebat, vis Catholicæ Veritatis, nullo mortalium neq; difponente, neque fuadente, imò neque fciente, armis tantum affiduarum facrę Scripturæ, fanctorumq; Patrum lectionibus In octaua omnium Sanctorum, dum prandebat.

mirum in modum triūphauit, & ad gloriosum Regnorum contemptum eam impulit, nullum amplius mortalis gloriæ studiū eius mentem tangit. Non literis, non marmoribus se celebrari, neque alijs monumentis ambit: contemptrix famæ, quæ machinis perituris superstruitur, & vtcunque erigatur, à solo tamen abiungi non potest.

Ex Paneg. Reginæ præsentato.

Illa CHRISTINÆ Gloria arridet, quæ supra stellas, totamque casuri Mundi molem elata in extimi Cœli imutabili sereno, sedes, nullis annis ruituras incolit. Illuc eius sese ambitio extollit. Illuc suum transmittere nomen inardescit, in adamantinas beatæ æternitatis tabulas referendum. Quare hæc tam sapiens, ac candida Heroina & antequam renunciaret, ac vale diceret Regnis, & etiā eis iam derelictis, ore suo ista proferre posse, visa monetæ scultura, procul dubio mihi psuadeo.

Abite Protogenes, & vos Praxiteles omnes, abite Meonides, tuq; *hominum genus, Potentibus infidum, sperantibus autē fallax,* dum vt conscium siderum tumidè iactaris, longissimè à me recede. Et tu, ò regale diadema, quod superbè his coronari plurimum gloriabaris, remane. Nam ET SINE TE conspicua, & nitens CHRISTINA ero Immortalitati. Omnis meus amor expingi coloribus, sculpi in gemma, celari in auro, fundi in ære, statui in marmore, celebrari literis minimè desiderat, sed in id tantum enititur, vt ab æterno Numine illi libro inscribatur, qui VITÆ nomen gerit, & cui inseri est in censu Beatorum collocari. Hæc vnica cura animum meum mordet. In hoc punctum totius vitæ meæ vota colligo.

Tacitus in Ann.

Omnia per te, quæ sub Trionibus cumulatissimè, ac hęreditariò possedi, *facta sunt*. ET SINE TE, cuius pond⁹ dū paulò ante hāc ceruicem auro, & gemis grauabat, implacabilibus curarum pressuris mentē simul deprimebat, *factū est* in me *nihil* illud pristinorum errorū robur, illud sanguinis, illecebrarum, & sæculi fomentum, quornm maximę potentię, passionibus humanis, *quæ militant aduersus animam*, turmatim constipatę, vt imperium arbitrij mei dominetur, cum memetipsa constantissimè ac quotidie digladiari non desino. Ego, ego pro hoc duplici, ac imo nihilo, aut derelicto, aut acquisito, sum-

Et SINE TE Christinæ ad illud Ioann. 1. *& sine ipso* correspōdet.

summum Totum firmiter amplector; sicque spero fieri omnia, in quæ, *euacuato quod ex parte* gero, speculoque enigmatico confracto, eum *sicuti est, & facie ad faciem* mente intuendo, ipsumque fruendo voluntate, *de claritate in claritatem* transformabor.

Pes meus ambulauit iter rectum, ET SINE TE incedens, sub vtroque, inferiori scilicet & superiori Germaniæ Cælo nunc in Belgicis plagis Antuerpia, & Bruxella, nunc Oenipons in Tyrolo, Austria auspice, de meo aduentu summopere gratulantes, maiori pompa, & splendore me recepere, tractauere, quã si tecũ ibidẽ vt actu dominatrix incessissem. *Lumen oculorũ meorũ* oras Hesperiæ Occidẽtis amenissimas, p quatuor Regiones, exultãte Romana Ecclesia, cuius iam fidei orthodoxæ inter Reginas, in hæresi natas, & educatas, *vestimentis salutis*, gaudens Primogenituræ titulo, induor, *vidit & gauisum est.* Iam *iter faciendo de Ciuitate in Ciuitates*, Diuinis Apostolicis, & Ecclesiasticis documentis edocta, ET SINE TE *Lætata sum in his quæ* facta & *dicta sunt mihi, gaudens gaudendo in Domino.* Iam me plaga illa, quæ adhuc ex imperantibus ibidem Longobardorum Regibus retinuit nomenclaturam, Romandiola, Vmbria, ac Picænum ET SINE TE conspexere. Et nihilominus, ipsa non amplius à recta fide, sed à Domino cum Apostolo peregrinando, Eridani, & Rheni, Senij, haud multùm longè ab Æmilia, & Lamonis, Ranchi, Muntonisque, Sauij, Arimini ac Isauri, Esis, Mussonis, Asijq; Fluminum cæterorumque Populi innumeri vndequaq; confluentes, exultationis echo, ipsis vndarum cursu præ magno iubilo propemodum obmurmurantibus, me spectabili Purpuratorum Apostolicæ Sedis, ac Prælatorum, Senatorum nobiliũque ordine, multitudine, ac splendore, visa, recepta, ac tractata, summi gaudij responsa dedere.

ET SINE TE Vrbs Roma, quæ hodie insigniori potentia caput est Orbis, Mundique Regina, ac dominatrix, tanquam si egomet instar noui diadematis suæ Maiestatis crines circumdare debuissem, ne dum filia ab ea maternali gremio tenerrimè amplectenda, me summo honore vidit, collegit, quod nequaquã effecisset, si cum te & ab ouili simul aberrantem, non vt Petri se-

Marginal notes: Eccles. 51. — Quatuor Italiæ regiones cetigit Regina, pergens Romæ. — Insubria. Romandiola. Vmbria. Picænum. Status Mãtuæ. Ferraria. Bononia. Forũ Cornel. Fauentia. Forum Iulij. Cesena. Ariminum. Pisaurum. Sinogaglia. Fanum. Ancona. Lauretum. Recanatum. Tolentinum. Camerinum. Forũ Flamin. Assisium. Spoletum. Interamna.

des, sed vt communis omnium nationum Mater privato modo conspexisset. ET SINE TE egomet CHRISTINA *sub vmbra* Cant. 2. *illius, quem desideraueram sedi,* nimirum CHRISTI VICARII, opere, & sermone Potentis, cuius dextera claues illas aureas per Vniuersum circumfert, absque eo, quod à Romana Cathedra amoueatur, quas *Pastor bonus*, ac Magister CHRISTVS, *qui animam suã posuit pro ouibus suis*, Cephæ tradidit, quęq; Cęlũ possunt Ioan. c.10. claudere, & aperire mortalibus. Sedi quidẽ ET SINE TE sub illius vmbra, quando sanctissimis ALEXANDRI VII. pedibus provoluta, eos primò, ac deinde manus, iustam ac debitã eidẽ exhibendo obedientiam, reverentiamque, sum osculata: nec non cum ab eodem Confirmationis Sacramento roborata, atque Pane vitæ refecta, sacris Bethlemitici Partus incunabulis illucescentibus, tribus nominibus, quæ maiorem gloriam quàm olim triplicia tui Regna, Deo, Ecclesiæ, atque animæ meæ, cui carius esse non potest, nisi Deus, insignita fui, vt in posterum CHRISTINAM MARIAM ALEXANDRAM Vrbs sancta, ac totus Christianus Orbis me vocitarent.

CHRISTINAM à CHRISTO meo, cuius Mater Virgo est, cuius Pater fœminam nescit, sub cuius Rosa campi *Lilioque conuallium* ero Mors malis, Vita bonis, in cuius thalamum cyclade, auro texta induta, Annulo fide subarrata, vernantibus, atque coruscantibus gemis circundata, introiui. Quem cũ in Christiana humilitate, & seruitute, regum opibus, ac superbia prestantiore, amauero, casta sum, cum tetigero munda sum, cum accepero Virgo sum. MARIAM à Eccles.c.24. Virgine, Christi & Christinæ Matre, per quam *quasi Palma in Cades, quasi Plantatio rosæ in Iericho, quasi oliua speciosa in campis, & quasi cedrus in Libano sum exaltata.* ALEXANDRAM à Pastore meo, qui in Montes suos, scilicet suæ Divinæ auctoritatis, à Christo traditæ, mysticè ascendens, & me ouem aberrantem inveniens, lætus, & gaudens humeris suis imposuit, & Ouili Ecclesiæ Catholicæ perenni amoris fœdere introduxit. Atq; Stellis suis veluti geminis Paternæ clementiæ lu- Iob. c. minibus me quidem conspexit, *vt in eo Deum laudarent astra matutina, Sol & Luna mirarentur.* Hæc

Hæc sacra Mysteria, rationi haud incongrua, imò debita, ablato quocunque vanæ laudis fuco, dicterium præfatum ET SINE TE alloquens, potuit quidem proferre CHRISTINA Virgo. Potuit quoque & similia Sacramenta, ad ipsumet reducibilia, candidus quidam Auctor armis Gentilitijs Regni Sueciæ, quæ sunt spicarum tritici manipulus, alludens, ac Maiestatem suam salutans Romæ, hisce verbis annectere.

IN STVPORIS SIMVLACRVM.

Grande spectaculum : Serenissima Regina, & vel angelicis oculis etiam occupatis meritò contuendum. Romam Sueco Diademate coronatam, Sueca segete frugiferam : non omni magis fausto, quam fido pignore, Christianas coronas arctè copulandi Christianos populos pacis, & vbertatis faustitate beandi. Parum dixi : Signum magnum apparuit in hoc orbis terræ theatro Senatui Populoque Romano, Purpuratorum Patrum sacro consilio, vniuersalis Ecclesiæ Capiti, & Pastori Alexandro : Signum luce sua tam euidens, vt talpa sit, qui requirat interpretem. Coronata virgo frumenti manipulum pleni, atq; purissimi virgineo sinu complexa, in ipso Natalis Dominici festo Vrbi Romanæ proposita, nonne virginem virginum, quæ granum illud frumenti totam sæculorum annonam virgineo gestat in gremio, clarius omni pictoris arte delineat? & nascentis Christi victorias, & trophæa in ipsis incunabulis parta repræsentat? Certè iam territus Herodes, & confusus aufugiet : iam Reges ab ortu solis, & occasu trahet Regina virgo, cunas adoraturos infantis : iam priscum illud soluetur ænigma viro inter orientales maximo, sapientissimoq; clausum, atq; perplexum. Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi? aut morabitur ad præsepe tuum? nunquid (Michael Goldeus Hibernius Cubicularius Ap. extra.)

 alligabis

alligabis Rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te? Illa ferarum ferocißima, quæ nulla venatorum vi aut arte capi viua vnquam potest, si vt rerum naturalium scriptores tradunt, adhibita puella virgo sinum pandat, in eum quasi iam victum, & mansuetum caput immittit, vbi mox soporatur, & velut inermis capitur. Quot cernimus Rhinocerotas per totos Oceani Borealis tractus cruentis faucibus Gregis Dominici stragem, & exitium anhelantes, quos Catholicorum Regum neque tela transfigere, neq; machina propulsare, neq; irretire laquei poßunt; hos tu Christina infusæ vi virtutis, & gratia, natiua consilio sapientiæ, ipsa efficaci suauitate naturæ, tanquam virgineo expanso sinu alligabis ad arandum loro tuo, & tanquam noua Helena adduces Rhinocerotas diu sæuientes, te Duce iam cicures ad Præsepe Domini, vt feritate deposita frangant glebas vallium post te, & spiritualem Ecclesiæ segetem proferant, qui vastitatem rebus hactenus, & ruinas inferebant.

CHRISTINA SVECIÆ REGINA.

Anagramma.

ECCE REGIA ARISTA IN SINV.

Epigramma.

Sueta prius patrum Regina tantis trophæis,
Quare Bellona foret, cur modo facta Ceres?
Cuique triumphalis cinxisset tempora laurus
REGIA virgineos ornat ARISTA SINVS?
An tenus hac cecinit vates psalmista, futuri
Celsa potens blanda pandere fata cheli?
Ætherea MONTES postquam virtute parasset
Optato steriles vbere spondet agros.

Euenere

Euenere: vnus septem fert culmus ARISTAS,
Totque vbertatis sæcla futura notant.
Neu septena Boum timeas mala signa Triones,
Hæc feret aduersum quos tibi messis opem.

Redeo ad Reginæ Numisma, vt Maiestati tuæ breuiter illius vinculum, & ligamen cum tui generis sanguine ostendam. Gentẽ Austriam paternam, nec nõ & maternam Gustaui Adolphi, Parentis CHRISTINÆ ex eadẽ radice germinare, res erit, pro batu facilis. Ex sancta *Caroli Magni* sobole deriuari eiusdem Gustaui stirpem, Tabula Genealogica, postremò hispanicè typis data, ac Reginæ exhibita, nec non & à me alibi nunc eodem idiomate, nunc demum Italicè cum Auctoris nomine tradita, distinctis colũnis expressit. Origo, quã auctor ponit, est ex prole mascula Hildegardę, III. tãti Cæsaris, cui quinque, & omnes legitimæ fuerunt Coniuges, ac nimium dilectæ Vxoris per tertiogenitum Ludouicum, cognomento Pium, ac Romanorum Imp. Postrem⁹ verò eiusdẽ originis grad⁹ terminat ad Christinã de Holsatia, Regis Sueciæ Caroli thalamo iunctam, nec non & commemorati Gustaui Adolphi Matrem, quæ ab altera Hassiæ Christina, Adolphi Holsatiæ Ducis Coniuge, traxit genus.

Genealogia Christinæ ex Carolo Magno, & ex Austriæ radice.

Vxores Caroli Magni V.

Quæ cum ita sint, cumque opinio illa, hucusque à recensioribus maiori studio amplexa, licet à Maximiliano I. Imperatore incepisset (antea enim vetustior sententia gentem Austriã ad Romanam communiter, & sine vlla controuersia referebat) vbi Rudolphi I. Habsburgici, ac magni nominis Cæsaris stirps à Regum Gallorum Prosapia per Sigebertum exulem, Alemanniæ Ducem, siue Transiuranum deriuatur, etiam apud me sit probalis, quamuis non vt antiquior, nulli quidem dubium esse potest, Caroli Magni sanguinem cum sanguine Austriaco lateraliter eundem fore. Nam Meroneus, & Albericus Fratres, filijq; Clodionis, ac Pharamundi Franciæ Orientalis Regis, (vnde regalis dignitas, antea per Valentinianũ Cæsarem, cæso Marcomiro, subacta, ac ablata, apud Gallos restituta) nepotes, genus paternum diuiserunt. Hinc ex priori

Legatur c. Gentilitium meum.

Ann. 380.

ris; ac postrema Gustaui Adolphi Sueciæ Regis, ex qua Regina CHRISTINA ortum habuit. Quare proximior sanguinis coniunctio huius admirandæ Feminæ, quæ Pudicitiæ Virgineæ decus, ac Fidei Catholicæ ornamentum meritò est dicenda, tam cum tua Catholica Maiestate, quam cum alijs omnibus Austriæ Principibus, qui adhuc supersunt, petenda est ex eadem Maria. Hæc filia fuit Caroli Archiducis, Patris Ferdinandi II. & I. filij, ac præfatæ Mariæ fratris, sed idem Carolus sorores quatuor pręcæteras, habuit, tres Reginas, quarum duæ Anna & Constantia vna post aliam Sigismundo III. Poloniæ Regi elocatæ fuerunt, sed Margarita Philippo III. Hispaniarum Regi. Habuit etiam vnicam Magnam Ethruriæ Ducissam, Magdalenam dũtaxat, quæ superstitum Florentinorum Principum Mater fuit. Leopoldum quoq;, Ferdinandi Caroli Archiducis nostri Parentem ex Claudia Medicæa, Archidux Carolus genuit. His ergo Auus est paternus Imperatoris moderni, Maiestatis verò tuæ, ac aliquorũ etiã Patrueliũ tuorum maternus. Sicque Maiestas tua iuncta est maternè cum CHRISTINA in gradu V. quemadmodum & reliqui Patrueles tui, quorum nonnulli paternè, per eundem Carolum dumtaxat, Ferdinandi I. Filium, & Mariæ fratrem, ipsimet Reginæ eiusdem parentelæ vinculo coniunguntur. In V. gradu coniuncta est sanguine cũ Austria Virgo Christina.

Vnde piè credendum, quod hæc sanguinis triplex participatio admirandę conuersioni fomentum CHRISTINÆ extitit, ac deindè dulcis stimulus, se post amplexam Fidẽ Catholicã indissolubili amicitiæ nexu cum Austria copulandi. Quæ Pietatis prognostica multò ante in ijsdem characteribus, quibus nomina baptismalia, ac regia tantæ Mulieris conflantur, ledipè continebantur. Notá.

CHRISTINA SVETORVM REGINA.

Anagramatismus.

EAM AVSTRIA GENVIT CHRISTO.

Habet duplicē licentiā, quæ ratione argumēti, non cōtemnendi, toleranda aliquo modo est. At sequens eius imperfectioni supplebit forsitan.

CHRISTINA Suetorum, Gothorum, & Vandalorum Regina.

Anagramma.

Austriæ mutuò coniungor, Horrens Lutheri dogmata.

Hinc non mirum, si Colossæo Iubari, instar Solis, abs tui Generis simulacri vultu aureos radios, nimio splendore plenos per vniuersum orbem emittenti, propinquissimā Virginem CHRISTINAM sub spirituali Horoscopo, nouo circundatam, ac coronatam Zodiaco, mortalibus præsentabo. Symbola resurgentis Iustitiæ Solis, cuius prototypus etiam resurrectio CHRISTINÆ à morte Hæresis ad Fidei Catholicæ vitam typū expresserat, corā Sole illo Colossęo satis quidem concinnè cōiectantur. Si Ecclesiæ Romanæ Zelus in illa eiusdem Colossi facie ardentissimè nitet, niteat & pariter Regina hæc, ipsi copulata sub mystico superni Numinis Ascendente, cuius Zodiaci signa Ecclesiam ipsam Christi sponsam redimiunt. Rem aggreditur, & nimis apte Veronensium Antistes D. Zeno, ait enim, *Paruulis morem geram, sacrique Horoscopi pandam tota breuitate secretum.* Igitur CHRISTINÆ Genesis coram Sole Austriacæ Fidei ac Pietatis, Zodiaci sideribus, super quæ Sol Iustitiæ collustrat, redimitę, talis est.

Ser. 5. ad Neophytos.

Christinæ Mysticus Horoscopus.

Aries. Qui in se credentem reprobat nullum, non *Aries* primus excepit CHRISTINAM, sed *Agnus*, illius nuditatem, velleris sui niueo candore vestiens. Idem non tumidus, non

Taurus. minax cornu *Taurus*, sed optimus, & mitis illam admonet *Vitulus*, vt nulla vllo in opere captans auguria, eius sine malitia succedens iugo, terram suæ carnis doman-

domando fæcundans, lætam diuinorum seminum messem cælestibus horreis inferat. Et admonet prosequentibus *Geminis*, id est, duobus salutare canentibus testamentis, vt principalia crimina fugiat, quæ sunt incurabilis *Cancer*. *Leo* autem Diuinus Leonis est catulus, qui adhoc recumbans obdormiuit, vt vinceret mortem, adhoc euigilauit, vt beatæ Resurrexionis suæ in CHRISTINAM quemadmodum & in omnes homines manus immortalitatis conferret. Quem competenter *Virgo* prænunciat *Libra*, vt nosceremus, Dei per filium, qui incarnatus processit ex Virgine, æquitatem, iustitiamque, terris illatam. Quam qui constanter tenuerit, non dicam *Scorpionem*, sed sicut Dominus ait, omnes Serpentes illesa planta calcabit. Sed nec ipsum quoque Diabolum, qui verè est *Saggittarius*, formidabit unquam, varijs atque igneis saggittis armatum. Is enim infelicibus nonnunquam immittit *Capricornum*, vultu deformem, qui captiui tota miserabiliter per membra desæuit, alios ementes, alios furiosos, alios homicidias efficit. Sed omnes salutari profluens amne noster *Aquarius* delere consueuit: quem necessario vnà sequuntur duo *Pisces* in signo nimirum duo de Iudæis, & Gentibus populi, Baptismatis aqua viuentes. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpio. Saggittarius. Capricornus. Aquarius. Pisces.

Magnam profectò laudem iam antea, materiali auro eius capite grauato, sub quo tot virtutum dotibus coruscabat, nec non haud paucorum Europæ Procerum admirationem, affectum, & multoties ipsammet eorum præsentiam prouocabat, comparauerat CHRISTINA. At modo sub huius noui Zodiaci Diademate gloriam maximam, qua solum Deum exaltari ambit, & Romanã Fidem augeri, nacta est. Et eò amplius Cælesti fato in terris perennandam, quò magis aureis aliorum Principum animis, ab ea ad Catholicam Romanamque Veritatem allectis, superis obstupescentibus, quamcitius, vti ornari incepit, iterum atq; iterum exornandã. Itaque felix CHRISTIANVS *Augustus*, qui sub eodem CHRISTINÆ Horoscopo, CHRISTINA ipsa solius exempli magna vi suadente, renasci voluit, & tantæ Maiestatis Coronæ recentiora felicitatis signa Primus inserere. Princeps clarus, ac in politicis toto Imperio valdè

 notus,

notus si mutua amicitiæ & obseruantiæ obsequia tantæ Reginę antea pręstauerat, cariora eidem deinceps pręstitit, vbi, duobus mensibus vix transactis, ipsam imitari voluit. Testantur literę, quas propria manu Maiestati suæ scripsit, Latinitate datæ, sed à me ex Hispanico idiomante, in quo eas habere potui, ita latinè rescriptæ.

Serenissima Regina Domina mea, & Prima.

Potuisse heroicam magnitudinem, ac generosum Maiestatis vestræ animum Coronam capite deponere, ac manu sceptrum, vt prorsus libera à curis, & sollicitudinibus regiminis, fidei Catholicæ exercitijs melius incumberet, sanè in nonnullis magnæ lætitiæ, in alijs verò summi doloris occasio extitit. Attamen in me tacitam impressit formidinem, eo quia, nũ Vestra Realis Maiestas rectius iter, ac tutius quò Christiana Fides illuc nos ducit, vnde vocauerat, inuenerit, obdubitabã. Ipse qualem Ecclesiam amplecti deberem, anceps eram. Meæ quidem parum firmè, & absque vllo desiderio Catholicæ insidebam. Demum, gratia Dei fauente, exiui à profundo, atque Catholicam Fidem recepi. Quamobrem vbi antea vestra cum Maiestate me lætari minimè licuit, id modo & efficio, & debita meæ gratulationis signa exprimo. Cum suo exemplo Mundum, docuerit, posse, ac deberi sceptris renunciari, ad veram Fidem assequendam, illamque animæ tranquillitatem, & pacem, quam omnes tanta cupidine expostulant, quorum ardor me quoque ad Ecclesiæ Catholicæ conuersionem promptius impulit. Sicut M. V. summæ dilectionis indicijs fauoribus suis antea me comulauit, ita modo nequaquam hæsito, me pari benignitate prosequuturam. Et tanto magnis, quanto exindè obedientia mea, ac submissio, vt M. V. inseruiret, maior videbitur. Herbipoli die V. Ianuarij 1656.

Deuotissimus Primus & Seruus

Christianus Augustus.

Claudo

Claudo igitur excursum, & cum eo omnem huius IV. Diuisionis, simulque totius prioris partis narrationem. Et dum tot mirabiles nexus, quos Maiestas tua inter AVSTRIAM Augustam, & Reginam CHRISTINAM intellexit, inueniuntur, æternum hoc monumentum posteris derelinquo.

AVSTRIACA PIETATE,

Sanguine auspicante, Corde exhilarante,

Promouente Lætitia, prosequente Constantia,

Pontificatus ALEXANDRI VII. Anno I.

Imperantibus, Regnantibus, Dominantibus,

FERDINANDO III. AVGVSTO,

PHILIPPO IV. CATHOLICO,

Archiducib⁹ FERDINANDO CAROLO *Comite Tyrolis,*

LEOPOLDO GVILIELMO, SIGISMVNDO FRANCISCO,

Altero Belgarum Prorege,

Altero Augustæ, & Gorcensis Episcopo;

ADMIRABILIS VIRGO CHRISTINA,

Trium Regnorum Contemptrix,

Ter Maxima facta est

PVDICITIA, SAPIENTIA, FIDE CATHOLICA.

Quod

Mysticæ TRINITATIS Sacramentum

Coram Angelico sui Generis
COLOSSO
Triplici coniunctionis vinculo
Magna pompa, ac spectabili Nobilitate
Oeniponti recepit
Die Octobris vltimo labentis Anni 1655.
Eadem florens ætate, duabus annis exceptis,
Quam ipsa exhibebat,
Flos christianorum Principum vernans
FERDINANDVS CAROLVS,
Archidux Austriæ, Comes Tyrolis,
Qui propterea his XLVI. characteribus hæc cecinit
Dè se ipso Anagrammaticè.
ILLIC MISSVS CHRISTINÆ COÆVVS,
AVDAX FORTVNA REDDOR.



Hic Pietatis honos fulgẽs sculptura triumphans
Austriaca, ingẽuos pandit in Orbe Toros.

Quæ Laqueos Fortuna pares fecundior vnquam
Attulit, Europæ splendida iuga trahens?



PARS ALTERA.

Auſtriacæ Pietatis Triumphus.

DIVISIO I.

IN QVA REGI CATHOLICO PIISSIMÆ SVÆ STIRPIS, ILLVSTRIBVS MATRIMOnijs ſummoperè Fortunatæ, Victrix forma, feſtiuuſque Proſpectus dilucidatur.

VIdiſti iam, Catholicæ Rex, in ſchemate, Maieſtati tuæ paulò ante enucleato, tuiſque obtutibus obiecto, fulgurantem Solem, ab Auroræ Populis proclamatum, ac eis ſimul expoſitum, ac detectum, vt miſeræ ſuper cimerias tenebras noctis, quam ab Othomanica Luna patiuntur, æternum iugum nimis barbarum excutiat. Sub quo, eo Mundo ab orthodoxo ablato, omnis propemodnm Europa, ne dum Germania, Hiſpania, Italia, aliæq; plagæ quamplurimæ, tyrannicè præmeretur. Vidiſti quoque in eo, quem Pelios, & Oſſa nunquam viderunt, imò nec ætas vlla vidit inter VII. mundi miracula, nouum dumtaxat Gigantem, penicillo, calamo, ſcalpro, & oraculo Apoſtolico conſignatum. Denique rem nouam ac portentoſam, & valdè quidem hilareſcens, plurimumq; ſimul obſtu-

Supradictorum quædã recapitulatio.

Res verè noua Reginæ Sueciæ conuersio.

obstupescens vidisti. Nimirum doctissimam, fortunatissimam, ac celebratissimam Virginem CHRISTINAM, ad illius fædus, quod antea, vigente hæresi, haud exorruere nequaquam poterat, tuæ Religionis, ac Pietatis duplici alliciente Magnete, mirum in modum ac sponte redactam.

Practica assertio.

Hoc spectaculum, verè *sub sole nouum*, omniq; nouitate repletum, si quispiam è maioribus tuis, ò Rex, qui pleni dierũ fortunatam vitam cum felici morte comutarunt, aut modò alius magnus Europæ Princeps pari fortuna videre meruisset, crediderim sanè, illud inter gloriosa sæculi huius facinora eos tota solertia collocaturos; ac proinde excellentiora marmora, siue metalla perquisituros, vt nobili cælatura datum, fusumue instar perennis memoriæ posteritati derelinquerent.

Tangit imaginem capitalem Gentilitij I.

At in præsenti schemate congenitam cum tuo Genere, ac trino vultu exornatã PIETATEM, nouoq; triumphandi modo, ordine, apparatu nunc videbit Maiestas tua. Illam, inquã, Pietatem, quam triformem quoque in priori Gentilitij Frontispicio Cæsari Ferdinando III. Patrueli tuo vnà cum triplicis faciei dilucidatione exibui.

Primum genus hominũ, vnde superstitio.

Detestabiles illæ, ac omnibus sæculis inauditę superstitiones nonnisi à rudibus, & illiteratis, quos imperitos, seu idiotas vulgus nominat, quique Deorum suorum historiam cæterasque eis connexas fabulas ad literam tantum iuxta materialem, ac superficialem characterum sonum antiquitus intelligebant, prodiere. Theologia verò, seu Philosophia naturalis ab

II. Genus, vnde naturalis Philosophia.

ijs ortum habuit, quorum animus cum ad sapientiæ studium adijcetetur, paulatim, relictis fabulis, & inconcinnis figmentis, literalem cum mystico coniungens sensu, historiam ad

III. Genus, vnde Ethica.

naturę sacramenta transferebat. Moralis autem Theologia, quam alio modo Ethicam vocitant, ab ijs initia sumpsit, qui sapientum nomine nuncupati, commenta Deorum ad naturam

IV. Genus, vnde mysteriosa doctrina.

partim, partim ad mores transferebant. At demum mysteriosa illa Ægyptiorũ sapientia, cuius nobis veluti fragmenta quædam supersunt, ab ijs profluxit, qui sacerdotali munere fungentes,

gentes, ac naturæ morumque scientia iam sufficienter instructi, animos ad altiora leuabant; ac proinde historiam Deorum sublimi quadam, & Anagogica interpretandi ratione sub obscura, sed ingeniosa symbolorum ad tegenda mysteria consultò excogitatorum repræsentatione, ad Mundum illum Archetypum, & intelligibilem deflectebant.

Quadripartita Ægyptiorum Theologia.

Ex hoc quadruplici hominum genere, quarum postremũ in altissimo dignitatis gradu præ cæteris iure meritò constituebatur, quadruplex hæc Ægyptiorum quoq; exorta Theologia est. Cuius nobiliores partes, & harum maximè sublimissima sacram, & symbolicam scientiam continebant, quam non alia de causa hieroglyphicam, hoc est sacram sculpturam dixerunt, nisi quod eam veluti diuinam sapientiam, vti solis Sacerdotibus cognitam, ita plebæis solo intuitu venerandam, æstimarent, & ceu perpetuò duraturam saxis obeliscisq; insculptam, tanquam vnicum patriæ monumentumq; propositum relinquerent. Hactenus P. Athanasius Kircherius lib.3. in Obelisco Pamphiliano cap. 4.

Quæ cum ita sint, non mirum si egomet, eadem ratione, & exemplo ductus, tale schemma pro Generis Austriaci fortunata, ac Diuina Pietate, medijs coniugibus triumphante, Maiestati tuæ prodio, quale dignum est, vt quamplurimis simulacris, quorum vnumquodque sua sacramenta patefaceret, instar præcipuæ memoriæ, toti orbi perenniter derelinquendæ, conflaretur.

Qui triumpharunt, & ex quibus Nationibus, & qua de re.

Triumphasse olim, antiquioribus iam currentibus tempestatibus, propter victoriam de spurio Golia, proceræ ac monstrosæ granditudinis milite, Dauidem, eum singulari certamine in valle Terebinthyca ictu vnius lapidis, cælitus directi, prostrantem: Triumphasse Iosephũ apud Ægyptios, quos è diuturna fame penè exactos, saluos fecerat: Triumphasse Mardochæum apud Persas, & Asdrubalem quater apud Cartaginenses, alterum, eo quia sincera fide duorum Eunuchorum coniurationem in vitam Regis, eidem Regi prodiderat: Alterum verò propter Ciuitates expugnatas, ac hostes victos; Ac demũ

triumphasse Egyptios pluries & eadē de causa, sacræ, profanæq; Historiæ tradunt. Verùm nulla reperitur Natio, quæ adeò triūphos celebraret, sicut Romana. Hæc enim in famosissimo illo Vrbis Capitolio, cuius hodie, iam totius suorum triumphantiū superbia, ac fastu solo æquatis, solum nomen vix auditur, triginta triumphorum spectacula, quorum postremo in Probo terminauit, incredibili apparatu, ac inenarrabili pōpa, quæ nec Palestinenses in Dauide, nec Ægyptiani in Iosepho, nec Persæ in Mardochæo, nec Cartaginenses in Asdrubale unquam viderat, palam, vti celebrauerat, conspexit.

Natio Romana omnes alias antecelluit in celebrandis triūphis.

XXX. triumphos publicos Roma in capitolio celebrauit, testibus Orosio, Blondo, Textore, alijsque recensioribus.

De triumphi ritu apud Romanos nonnulla ex probatis auctoribus, quatenus huic rei congrua propemodum videntur, afferam breui. Placet Tranquillo, triumphum ita dici, eo quia triumphans triplici iudicio honorandus erat. Primò exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat; secundò Senatus, tertiò Populus, Senatu Triumphatori obuiam procedente, vsq; ad portam Capenam (nunc S. Sabastiani) postea in Capitolio se conferebant. Currum anteibant tubicines, & buccinatores, spolia, statuæ, tabulæ, simulacra vrbium expugnatarum, arma, donaria, ministri sacrificiorum. Ponè sequebantur Reges, ac Duces cū liberis, & vxoribus, itemq; alij hostes capti, ligatis post terga manibus, quod eleganter expressit Ouidius.

Triumphi ritus, & lex.

Suetonius.

Ouid. 4. Trist.

Ergo omnis populus poterit spectare triumphos
Cumque Ducum titulis oppida capta leget?
Vinclaque captiua Reges ceruice tenentes
Ante coronatos ire videbit equos?
Hic qui Sidonio fulget sublimis in ostro
Dux fuerat belli, proximus ille Duci.
Hic lacus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes
Plena fere cædis plena cruoris erant.

Currus ductores.

Sed propius ad rem. Tandem ipse triumphator quatuor candidis vehebatur equis. Quamuis nonnulli aliquando Tauris vsi sint; alij verò aut Ceruis, vt Aurelian⁹, teste Flauio, aut Leonibus, vt Marcus Antonius, aut demū Elephantibus. Suetonius de Cæsaris triumpho refert, eum dumtaxat ascendisse Capito-

Suet. in Cæsar.

Capitoliũ ad lumina 40. Elephantis dextra atq; sinistra lychnuchos gestantibus, idque in signum pacis bello partæ. Elephantis etiam Pompeium Magnum triumphasse, testatur Plinius, quod prius India victa à Libero Patre factum memoratur. Triumphantem Metellum victis in Sicilia Poenis vnum omnium Romanorum ante Currum centum & viginti captiuos Elephãtos deduxisse, fatetur Seneca. Et Capitolinus de Gordiano Iuniore, Quadrigæ Elephantorum Gordiano decretę sunt, vt pote qui Persas vicisset, triumpho Persico triumpharet. Elephantus bellua illa est, quę, vt tradunt rerum naturalium scriptores, quam proximè ad humanam rationem accedit, adeo vt putem eam ab vllo alio animali bruto hac in parte superari cognitione circa gentium pacem, ne dum docilitate, fidelitate, diligentia, prudentia, clementia, iustitia, & si licet dicere religione, & pietate alijsq; affectibus propemodum humanis. Ex quo ipse, tribus annis nondum transactis, hanc belluam vidi in hac aula, vidiq; multos ac varios iocos, actusq;, quos mirabiliter efficiebat, neque alio instrumento, nisi longissima naris contra omnium reliquorum animantium forma, seu proboscide, qua vtitur quibuscumq; manuum officijs eam vel sursum ducendo, vel demittendo, vel circumducendo, vel alijs tradendo, vera esse quæ tanquam naturę miracula de ea scribuntur apud auctores, quęque suppositia antea existimaueram, omninò asserui.

Lib. 8.

Cap. 4. de breuit. Vitæ.

Legatur Maiolus p. 1. coll. 7.

1653.

Insuper triumphans auro insidens Curru, qui non bellicarum neque ludricarum quadrigarum, sed turris rotundę instar constructus erat, auro gemmisq; mirificè celatus, vt Appianus in Libica, & Mithridatica, nec non Zonaras de Triumpho Camilli tradiderunt. Habet Maiestas tua Currus formam, at modò videat, si placet, triumphantis habitum. Hic purpuream gerebat uestem, auro intextam, interius verò tunicam palmatam, dextra manu ramum è lauro sinistra sceptrum eburneum tenebat, residebatq; in regia sella ex ebore. Eodem pręterea Curru interdum vehebantur triumphantis vxor, & liberi, quinimò & Carnifex, testib⁹ Plinio, ac Isidoro, qui ait. *Quod autem à carnifice triumphantes comitabantur, id erat inditio, vt ad tantum*

Currus forma.

Habitus triumphantis, sceptrum, sella, socij, & alia.

Lib. 28. cap. 4.
Lib. 18 cap 2.

Carnifex sedebat eodem Curru apud triumphãtē.

notus si mutua amicitiæ & obseruantiæ obsequia tantæ Reginę antea pręstauerat, cariora eidem deinceps pręstitit, vbi, duobus mensibus vix transactis, ipsam imitari voluit. Testantur literę, quas propria manu Maiestati suæ scripsit, Latinitate datæ, sed à me ex Hispanico idiomante, in quo eas habere potui, ita latinè rescriptæ.

Serenissima Regina Domina mea, & Prima.

Potuisse heroicam magnitudinem, ac generosum Maiestatis vestræ animum Coronam capite deponere, ac manu sceptrum, vt prorsus libera à curis, & sollicitudinibus regiminis, fidei Catholicæ exercitijs melius incumberet, sanè in nonnullis magnæ lætitiæ, in alijs verò summi doloris occasio extitit. Attamen in me tacitam impressit formidinem, eo quia, nisi Vestra Realis Maiestas rectius iter, ac tutius quò Christiana Fides illuc nos ducit, vnde vocauerat, inuenerit, obdubitabā. Ipse qualem Ecclesiam amplecti deberem, anceps eram. Meæ quidem parum firmè, & absque vllo desiderio Catholicæ insidebam. Demum, gratia Dei fauente, exiui à profundo, atque Catholicam Fidem recepi. Quamobrem vbi antea vestra cum Maiestate me lætari minimè licuit, id modo & officio, & debita meæ gratulationis signa exprimo. Cum suo exemplo Mundum, docuerit, posse, ac deberi sceptris renunciari, ad veram Fidem assequendam, illamque animæ tranquillitatem, & pacem, quam omnes tanta cupidine expostulant, quorum ardor me quoque ad Ecclesiæ Catholicæ conuersionem promptius impulit. Sicut M. V. summæ dilectionis indicijs fauoribus suis antea me comulauit, ita modo nequaquam hæsito, me pari benignitate prosequuturam. Et tanto magnis, quanto exindè obedientia mea, ac submissio, vt M. V. inseruiret, maior videbitur. Herbipoli die V. Ianuarij 1656.

Deuotissimus Primus & Seruus

Christianus Augustus.

Claudo

Claudo igitur excurſum, & cum eo omnem huius IV. Diuiſionis, ſimulque totius prioris partis narrationem. Et dum tot mirabiles nexus, quos Maieſtas tua inter AVSTRIAM Auguſtam, & Reginam CHRISTINAM intellexit, inueniuntur, æternum hoc monumentum poſteris derelinquo.

AVSTRIACA PIETATE,

Sanguine auſpicante, Corde exhilarante,

Promouente Lætitia, proſequente Conſtantia,

Pontificatus ALEXANDRI VII. *Anno I.*

Imperantibus, Regnantibus, Dominantibus,

FERDINANDO III. AVGVSTO,

PHILIPPO IV. CATHOLICO,

Archiducib' FERDINANDO CAROLO *Comite Tyrolis,*

LEOPOLDO GVILIELMO, SIGISMVNDO FRANCISCO,

Altero Belgarum Prorege,

Altero Auguſtæ, & Gorcenſis Epiſcopo;

ADMIRABILIS VIRGO CHRISTINA,

Trium Regnorum Contemptrix,

Ter Maxima facta eſt

PVDICITIA, SAPIENTIA, FIDE CATHOLICA.

Quod

Myſticæ TRINITATIS Sacramentum

Coram Angelico ſui Generis

COLOSSO

Triplici coniunctionis vinculo

Magna pompa, ac ſpectabili Nobilitate

Oeniponti recepit

Die Octobris vltimo labentis Anni 1655.

Eadem florens ætate, duabus annis exceptis,

Quam ipſa exhibebat,

Flos christianorum Principum vernans

FERDINANDVS CAROLVS,

Archidux Auſtriæ, Comes Tyrolis,

Qui propterea his XLVI. characteribus hæc cecinit

De ſe ipſo Anagrammaticè.

ILLIC MISSVS CHRISTINÆ COÆVVS, AVDAX FORTVNA REDDOR.

PARS



H ic PIETATIS honos fulgēs sculptura triumphans
AVSTRIACA, ingēuos pandit in Orbe TOROS.

Quæ Laqueos FORTVNA pares fecundior vnquam
Attulit, Europæ ſplendida iuga trahens?



PARS ALTERA.

Auſtriacæ Pietatis Triumphus.

DIVISIO I.

IN QVA REGI CATHOLICO PIISSIMÆ SVÆ STIRPIS, ILLVSTRIBVS MATRIMOnijs ſummoperè Fortunatæ, Victrix forma, feſtiuuſque Proſpectus dilucidatur.

VIdiſti iam, Catholicæ Rex, in ſchemate, Maieſtati tuæ paulò ante enucleato, tuiſque obtutibus obiecto, fulgurantem Solem, ab Auroræ Populis proclamatum, ac eis ſimul expoſitum, ac detectum, vt miſeræ ſuper cimerias tenebras noctis, quam ab Othomanica Luna patiuntur, æternum iugum nimis barbarum excutiat. Sub quo, eo Mundo ab orthodoxo ablato, omnis propemodnm Europa, ne dum Germania, Hiſpania, Italia, aliæq; plagæ quamplurimæ, tyrannicè præmeretur. Vidiſti quoque in eo, quem Pelios, & Oſſa nunquam viderunt, imò nec ætas vlla vidit inter VII. mundi miracula, nouum dumtaxat Gigantem, penicillo, calamo, ſcalpro, & oraculo Apoſtolico conſignatum. Denique rem nouam ac portentoſam, & valdè quidem hilareſcens, plurimumq; ſimul

Supradictorum quædã recapitulatio.

 obſtu-

Res verè noua Reginæ Sueciæ conuersio.

obstupescens vidisti. Nimirum doctissimam, fortunatissimam, ac celebratissimam Virginem CHRISTINAM, ad illius fædus, quod antea, vigente hæresi, haud exorruere nequaquam poterat, tuæ Religionis, ac Pietatis duplici alliciente Magnete, mirum in modum ac sponte redactam.

Practica assertio.

Hoc spectaculum, verè *sub sole nouum*, omniq; nouitate repletum, si quispiam è maioribus tuis, ò Rex, qui pleni dierũ fortunatam vitam cum felici morte cõmutarunt, aut modò alius magnus Europæ Princeps pari fortuna videre meruisset, crediderim sanè, illud inter gloriosa sæculi huius facinora eos tota solertia collocaturos; ac proinde excellentiora marmora, siue metalla perquisituros, vt nobili cælatura datum, fusumue instar perennis memoriæ posteritati derelinquerent.

Tangit imaginem capitalem Gentilitij I.

At in præsenti schemate, congenitam cum tuo Genere, ac trino vultu exornatã PIETATEM, nouoq; triumphandi modo, ordine, apparatu nunc videbit Maiestas tua. Illam, inquã, Pietatem, quam triformem quoque in priori Gentilitij Frontispicio Cæsari Ferdinando III. Patrueli tuo vnà cum triplicis faciei dilucidatione exibui.

Primum genus hominũ, vnde superstitio.

Detestabiles illæ, ac omnibus sæculis inauditę supreſtitiones nonnisi à rudibus, & illiteratis, quos imperitos, seu idiotas vulgus nominat, quique Deorum suorum historiam cæterasque eis connexas fabulas ad literam tantum iuxta materialem, ac superficialem characterum sonum antiquitus intelligebant, prodiere. Theologia verò, seu Philosophia naturalis ab ijs ortum habuit, quorum animus cum ad sapientiæ studium adijcetetur, paulatim, relictis fabulis, & inconcinnis figmentis, literalem cum mystico coniungens sensu, historiam ad naturę sacramenta transferebat. Moralis autem Theologia, quam alio modo Ethicam vocitant, ab ijs initia sumpsit, qui sapientum nomine nuncupati, commenta Deorum ad naturam partim, partim ad mores transferebant. At demum mysteriosa illa Ægyptiorũ sapientia, cuius nobis veluti fragmenta quædam supersunt, ab ijs profluxit, qui sacerdotali munere fungentes,

II. Genus, vnde naturalis Philosophia.

III. Genus, vnde Ethica.

IV. Genus, vnde mysteriosa doctrina.

gentes, ac naturę morumque scientia iam sufficienter instructi, animos ad altiora leuabant; ac proinde historiam Deorum sublimi quadam, & Anagogica interprętandi ratione sub obscura, sed ingeniosa symbolorum ad tegenda mysteria consultò excogitatorum repræsentatione, ad Mundum illum Archetypum, & intelligibilem deflectebant.

Ex hoc quadruplici hominum genere, quarum postremū in altissimo dignitatis gradu præ cæteris iure meritò constituebatur, quadruplex hæc Ægyptiorum quoq; exorta Theologia est. Cuius nobiliores partes, & harum maximè sublimissima sacram, & symbolicam scientiam continebant, quam non alia de causa hieroglyphicam, hoc est sacram sculpturam dixerunt, nisi quod eam veluti diuinam sapientiam, vti solis Sacerdotibus cognitam, ita plebæis solo intuitu venerandam, æstimarent, & ceu perpetuò duraturam saxis obeliscisq; insculptam, tanquam vnicum patriæ monumentumq; propositum relinquerent. Hactenus P. Athanasius Kircherius lib.3. in Obelisco Pamphiliano cap. 4. *Quadripartita Ægyptiorum Theologia.*

Quæ cum ita sint, non mirum si egomet, eadem ratione, & exemplo ductus, tale schemma pro Generis Austriaci fortunata, ac Diuina Pietate, medijs coniugibus triumphante, Maiestati tuæ prodio, quale dignum est, vt quamplurimis simulacris, quorum vnumquodque sua sacramenta patefaceret, instar præcipuæ memoriæ, toti orbi perenniter derelinquendæ, conflaretur.

Triumphasse olim, antiquioribus iam currentibus tempestatibus, propter victoriam de spurio Golia, proceræ ac monstrosæ granditudinis milite, Dauidem, eum singulari certamine in valle Terebinthyca ictu vnius lapidis, cælitus directi, prostrantem: Triumphasse Iosephū apud Ægyptios, quos è diuturna fame penè exactos, saluos fecerat: Triumphasse Mardochæum apud Persas, & Asdrubalem quater apud Cartaginenses, alterum, eo quia sincera fide duorum Eunuchorum coniurationem in vitam Regis, eidem Regi prodiderat: Alterum verò propter Ciuitates expugnatas, ac hostes victos; Ac demū *Qui triumpharunt, & ex quibus Nationibus, & qua de re.*

O triumThe

Capitoliũ ad lumina 40. Elephantis dextra atq; finistra lychnuchos gestantibus, idque in signum pacis bello partæ. Elephantis etiam Pompeium Magnum triumphasse, testatur Plinius, quod prius India victa à Libero Patre factum memoratur. Triumphantem Metellum victis in Sicilia Poenis vnum omnium Romanorum ante Currum centum & viginti captiuos Elephãtos deduxisse, fatetur Seneca. Et Capitolinus de Gordiano Iuniore, Quadrigæ Elephantorum Gordiano decretę sunt, vt pote qui Persas vicisset, triumpho Persico triumpharet. Elephantus bellua illa est, quę, vt tradunt rerum naturalium scriptores, quam proximè ad humanam rationem accedit, adeo vt putem eam ab vllo alio animali bruto hac in parte superari cognitione circa gentium pacem, ne dum docilitate, fidelitate, diligentia, prudentia, clementia, iustitia, & si licet dicere religione, & pietate alijsq; affectibus propemodum humanis. Ex quo ipse, tribus annis nondum transactis, hanc belluam vidi in hac aula, vidiq; multos ac varios iocos, actusq;, quos mirabiliter efficiebat, neque alio instrumento, nisi longissima naris contra omnium reliquorum animantium forma, seu proboscide, qua vtitur quibuscumq; manuum officijs eam vel sursum ducendo, vel demittendo, vel circumducendo, vel alijs tradendo, vera esse quæ tanquam naturę miracula de ea scribuntur apud auctores, quęque suppositítia antea existimaueram, omninò asserui.

Lib. 8.

Cap. 4. de breuit. Vitæ.

Legatur Maiolus p. 1. coll. 7.

1653.

Insuper triumphans auro insidens Curru, qui non bellicarum neque ludricarum quadrigarum, sed turris rotundę instar constructus erat, auro gemmisq; mirificè celatus, vt Appianus in Libica, & Mithridatica, nec non Zonaras de Triumpho Camilli tradiderunt. Habet Maiestas tua Currus formam, at modò videat, si placet, triumphantis habitum. Hic purpuream gerebat uestem, auro intextam, interius verò tunicam palmatam, dextra manu ramum è lauro sinistra sceptrum eburneum tenebat, residebatq; in regia sella ex ebore. Eodem pręterea Curru interdum vehebantur triumphantis vxor, & liberi, quinimò & Carnifex, testib⁹ Plinio, ac Isidoro, qui ait. *Quod autem à carnifice triumphantes comitabantur, id erat inducio, vt ad tan*

Currus forma.

Habitus triumphantis, sceptrum, sella, focij, & alia.

Lib. 12. cap. 4.
Lib. 18 cap. 2.

Carnifex sedebat eodem Curru apud triumphãte.

tum fastigium euecti, mediocritatis humanæ commonerentur. Porrò erat triumphus, qui à Populo Romano dari solebat, omnium honorum maximus. Quippè illa pompa videbatur sollemnissima, quę fiebat redeuntibus in Vrbe cum victoria. Vnde Cicero sciscitans, ac simul obstupescens, hæc subdit. *Quid tandem* Cicer. in Pis. *habet iste Currus? quid victi ante Currum Duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid clamor militum? quid ligati in equis & tribuni? quid tota illa pompa? quid vehi per Vrbem?* Totum triumphi Romani apparatum qui discere cupit, adeat præter citatos auctores Dionys. Halicar. lib. 2. & v. Valer. Maxim. lib. 2. c. 8. Iosephum de Bello Iud. lib. 7. sed ex Neotericis Guidonem Pancirolum *de rebus memorabilibus*, Valtrinū *de re militari* Rom. lib. 7. & ante omnes Robertum Valturium *de re militari* lib. 12. aliosque quamplurimos.

Mirabitur forsitan Maiestas tua, quod exhibita pictura in nullo penè ex iam dictis correspondeat. Epigraphen tamen, siue inscriptio, ad eius pedes in tetrastico illo clausa ipsammet partim enucleans, omnimodam admirationem dirimit. Peruetustos vsus, ac ritus de triumphorum lege, pompa, & apparatu ab hoc, quem Maiestas tua intuetur, omninò eliminari, consentaneum fore haud perperam consului. Eius facies, seu prospectus quæ proponit elucitanda, hæc sunt. Nimirum binas Columbas, binasque Aquilas, quibus triumphatricis Pietatis currus vehitur. Deinceps Aurigam, duasq; iuuenculas speciosissimas, propè eandem Pietatem in curru eodem sedentes. Item Pietatis coronam, ac eius dexteræ hastam, in cuius cuspide siue mucrone caput alterum Bestiæ, quam in 1. Gentilitij Frontispicio tradidi, infixum est. Demum triumphi comitatum, nec non & famæ vexilliolum, in eius tuba calamo exornatum pendens. Ac Postremò totum prędicti schematis residuum, magna cum ratione ibidem sculptum.

Columbæ

COLVMBÆ ARCANA NONNVLLA.

Atque in re nostra sat quidem concinna.

NOn Chaldeorum, non Ægyptiorum, aut Græcorum sapientes tantùm, verum etiam cum hieroglyphica instituendi ratione, in qua vtriusq; Mundi, scilicet supremi, vbi Numina, Intelligentiæ, Orbes, Planetæ, astra, ac similia continentur, atque infimi, qui elementa, harumque mixta omnia, inanimata, vegetabilia, sensibilia, rationalia complectitur, compages, hucusque varijs modis excrescente ingeniorum curiositate, seorsim concurrit, diuinæ nostrorum literę conueniunt. Ita omnia mystico quodam sensu scripta quæcumque Moses, quæ Dauid, quæ Prophetæ reliqui cælesti spiritu afflati protulerunt. In noua verò lege, nouoque testamento, cum Assertor noster ait, *Aperiam in parabolis os meum, & in ænigmate antiqua loquar*, quid aliud sibi voluit, quam hieroglyphicè sermonem faciam, & allegoricè vetusta rerum proferam monumenta? Et illud: *Iesus in parabolis loquebatur ad turbas*, nonne sermones suos arcano quasi velamine quodam contegebat? Pari modo videmus Apostolos ab vsitato loquendi modo recessisse, vt sacra de Deo dicta à cæteris scriptis, sicut merita dignitate ita & forma quadam discernerentur, ne cælestium mysteriorum maiestas passim, & indiscretè patesceret, sanctumque canibus, & margarita Porcis exponerentur. Demetrius certè Phalereus apud Philadelphum Alexandriæ Regem, plerisque audientibus affirmauit, non licuisse Græcis Hæbraicam historiam attingere, quin illustrium scriptorum quosdam eam rem tractare ausos, aduersa mentis valetudine & langore corporis tamdiu conflictatos, donec ab incepto destitissent, tanquam id arcanum profanis esset gentibus manifesta ira Numinis interdictum. Ad quod ipsum si nunc multi respicerent, modestius aliquando se gererent.

[Ioannes Pier. Valer in epist. nuncupatoria ad Cosmum Medicæum.]

[Psal. 77.]

[Matt. c. 13.]

[Matt. c. 7.]

Quamobrem si tanto in pretio à præstantissimis quibusq; eas res habitas nouit Maiestas tua, quas de humana diuinaque

plina vetustas illa sub rerum verborumque quorumdam inuolucris occultauerat, & quod peritissimi quique inter se hoc veluti ænigmatum genere vti consueuerunt; mihi vitio verti non debet, eo quia omnem operam, & studium quamplurima AVSTRIACÆ PIETATIS arcana, nondum, vt sciam, ab alijs excogitata per varia Gentilitia Austriæ Heroibus proponere, & enucleare, contulerim.

Quæ verò in triumphantis Pietatis quadrigis principio Maiestati tuæ obijciuntur, Columbæ simul iugatæ extant duo. Trahi deberi Pietatis Austriacę, serenissimis, clarissimisq; coniugibus fortunatę, ab ambabus vtriusq; sexus columbis triumphans Currus, mysteria nonnulla seu symbolica secreta, mox breui enarranda multò euidenter persuadent. Quippe primò duarum columbarum sese inuicem exosculantium simulacro, eo quia volucres hę non prius ad Veneris copulam quam ad osculationem deueniunt, illecebras amatorias Ægyptij significabant. Hinc extat illud Mæcenatis dictum apud Senecam, *Columbatim labra inserens labris*. Græcorum plerique hac de causa, quod nimirum osculorum blanditias Columbæ norunt, eas Veneri dicatas autumant. Cæterum Atheneus ob id factum putat, quod in Cypro, Veneri sacra Columbæ primùm repertæ, indeque ad gentes alias transmissæ.

Illecebræ amatoriæ in columbis significantur.

CHARITATIS Pijsque amoris insignia quam concinnè in his Columbis Austriacis colluceant, ex ipsis quoque mutuis illarum osculis satis commode depromi poterit. Origenes Apostolum citat, qui de caritate locutus, Columbam protulerit. Porrò diuinum spiritum, qui in mysterio Triformi, personis tantum, non autem essentia discreti, nexus inter parentem, & gnatum asseritur, speciem Columbæ assumpsisse, sacræ paginæ tradunt. Quapropter Cartaginensis Antistes inuehens aduersus Nouitianum, *Idcirco*, ait, *& in Columba venit Spiritus Sanctus simplex animal, & letum, non felle amarum, non morsibus sæuum, non vnguium laceratione violentum, cuius ingenium est hospitia humana diligere, vnius domus consortium nosse, cum generant simul filios educare, cum commeant volatibus, inuicem cohærere, communi*

Item charitas, ac pius Amor.

S. Cyprian. aduer. Nouit.

muni conuersatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, circa omnia demum humanitatis omnem implere legem.

Hæc charitatis indicia vt comprobet Pierius, recenset Gallorum mores, honori sibi ducentium, quod adueniens hospes vxorem, sorores, filias etiamnum Virgines osculo salutauerit, & in amplexum acceperit, & in gremium sibi assidere iusserit Quã humanitatis consuetudinem emersisse ex Romanis, apud quos olim licebat obuias quascumque mulieres excipere osculo, non video; nam Cato ideo hoc institutum apud eos traditum putat, vt explorarent, an mulieres temetum olerent, capitale enim erat Romanis fæminis gustare vinum: propterea fęminam, vt fertur, quæ sub Romulo vinũ biberat à marito impunè occisa est. Vel si ex eis emerserit, sententiæ Plutarchi adhęreo, qui autumat, illas Romanorũ exosculationes, vt fæmineo generi honos haberetur, sancitas esse. Apud Lacędemonios oscula non concessa modò, sed etiam instituti Ludi, propositaq; pręmia ijs, qui feniores lepidius suauirent. Nisęorum id inuentum, & à Megarensibus etiam in honorem Dioclis obseruatum. Ad hæc Nomadum asperrima rusticitas incessitur, quorum tanta fuit seueritas, vt ne filios quidem suos oscularentur. In diuinis nostræ pietatis monumentis, ipsum Assertorem nostrum legimus charitatem, vt ita dicam, frigidam in Simone hospite, quod osculo non fuerit ab eo exceptus, exprobrasse. Et sacris Pontificis Romæ ritu sollemni per mutuas exosculationes pacis augurium celebratur.

Gallorum mos in osculis vnde.

Libro de claris mulieribus.

Nomadum seueritas.

Ipse etenim casta dum operatur mente Sacerdos,
Oscula dat, quæ dent ille vel ille alijs.

Omnia hæc de Columbis sunt quidem in hominibus ac Mulieribus castorum coniugiorum argumenta. Sunt, inquam, coniugalis castimoniæ symbola, cuius sacra, ac sacramentalis Venus Pudicitiæ limites non excedit. Hinc etsi multa essent apud Ægyptios, & nationes alias Columbæ significata, illud tamen in primis continentissimis illis Sacerdotibus admiratione dignum, quod cum animal alioqui procacissimæ salaci-

tatis esset, lasciuięq; notam apud omnes ferè gentes contraxisset, incomparabile tamen exemplum continentiæ, summamque pudicitiam in ea depręhendebant, quod marito fidem seruaret inuiolatam. Pudicitia Columbis prima, & neutri nota adulteria, couiugij fidem non violant, communemq; seruant domũ, quam nisi celebs & vidua non relinquit, & quamdiu marito priori viduata est, alijs non copulatur. Si verò iussa sit à domino transire ad secundas nuptias, fidem eãdem seruat secuudo, qua se priori obstrinxerat, vt Propertius.

Propert. apud Valer. de Columba lib. 22.

Exemplo iunctæ tibi sint in amore Columbæ,
Masculus & totum fæmina coniugium.

Hinc Theologi in sacris ita accipiunt Columbarum oblationem, vt coniugij tam firmi ratione habita, nos quoque mentem stabili firmitate perseueraturam Deo, vti vero coniugi, sociemus.

Euehatur ergo tuæ sobolis PIETAS, ò Rex, à Columbis, quæ casta, quę fęcunda, quæq; auspicata denotant connubia. Et eo vel simul ab eisdẽ, impudicitię angues rotis sui Currus comminuendo, felicissimo ducatur triumpho, quo non desunt alia argumenta, vt concinnissima vnio eiusdem Pietatis cum ijsdem volucribus patefiat. Triumphat Austria PIETAS super celebriora Europæ genera ratione felicissimorum coniugiorum, quæ in Columbis meritò auspicantur. At dum triumphum celebrat, Columba quidem est. Ex quo enim Diuinus Noemus, vt cessaret iusta cordis sui iracundia, in Imperium, cum quo haud leuiter simul & Ecce sia quatiebatur, longo interregno vndique scissum, concepta, requiesque in eo introduceretur, ab Arca Comitatus Habsburgiensi eam emisit, in ore ramum virentis oleæ in signum vniuersæ pacis deferentem, illa semper caruit bile, per quã vel regia maiestas in tirannidem conuertitur, vel aliena bona, siue profana, siue sacra, Accipitris, quin & Arpię vnguibus subripiuntur, vel Apostolica sedes impiè à magnatibus tractatur, vel demum generosa, ac Dauidica mansuetudo, qua filiali obedientia paterna Christi Vicarij

Noë cessatio iracundiæ, siue requies interpretatur.

Vicarij dignitas colitur, eius præsentia Diuina authoritate prędita, adoratur, pedesque exosculantur, turpi iactura deperditur. Adnumerantur Columbæ inter eas alites, quæ Regibus auspicia faciant. Hinc Maroniano Æneæ Columbæ geminæ à matre in auspicium missæ. Cæsari originem inde trahenti prospero fuerunt ostento, cum palmam eam nidis frequentare cæpissent, quam ipse castris locum capiens, inter syluas quas cædebat repertam, conseruari vt omen victoriæ iusserat: ea enim de causa mirum, & insitatum videbatur, quod id auium genus duram & asperam frondem studiosè soleat euitare. Eadem die, qua natus est Diadumenus, Matrini filius, Aquila ei palumbum regium paruulum attulit, & in cunis posuit dormienti recessitque sine noxa, quod dubio procul eum ab ineunte ætate Imperatorem futurum indicauit. Quin etiam Aruspices dixerunt, Alexandrum Seuerum futurum Imperatorem, consulti quid haberent auspicij, quod auicula quædam, quo die natus est, matri eius huius generis aues obtulerit. Apud Hæbreos reperio, prædiuitum, ac potentiorum hominum morem fuisse, Columbarum alas gypso illitas in summæ felicitatis signum summis tectis affigere. Hoc ex Euthymio.

Regium auguriumin Columbis.

Nota.

Mos Hæbræorum.

Verùm ab Austriacis columbis, seu inumeris coniugalib⁹ fęderib⁹, p quę Austrij Generis assurgit Colossus, ac simul cũ eo Austriã Pietatẽ, inter ingenuissima matrimonia feliciter triumphantem cõmostratã, nonnisi regia auguria, ablata quacunque vana Aruspicum obseruatione, saniori intelligentia, quinimò & praxi, portendi debent. Austriaca Pietas, sub symbolo Columbæ considerata, quid aliud explicuit, postquã in domo Rudolphi de Habsburg consedisset, nisi Regum futurorũ, Monarcharum, Cæsarum Diademata, sceptraque innumera, quibus eius posteritas sũmopere nobilitanda erat? Connubia verò Austriaca, per idem schema obiecta, quid in eiusdem Principis sanguine & in omni æuo augurata sunt, nisi omnium temporalium bonorum fortunam maximam, de qua in III. Gentilitio asserendum? Demum Pierius, abs quo cõmemorata arcana desumpsi, Trepidationis symbola, nec non & Salubritatis Medi-

AustriaPietas mystica Columba.

Loco citato

Alia Columbæ symbola. cinæq; petitæ à Dijs, atque animorum futuræ felicitatis columbas efficit. Sed ante quam hæc proponeret, explicaretque, eas aues criminum Correptionem significare ostendit. Moxque illis Hieremiæ verbis, quibus Babilonios Hæbreorum excidio

Hierem. c. 46. venturos vaticinabatur, *Fugite ab occursu gladij, quem Columba vibrabit,* sub hoc Columbæ elogio Columbam, Babylonis conditricem, Semiramidem duntaxat, & eius populos, fatidicum Vatem innuisse, refert. Eam, inquit, gladio insignem Propheta inducit, propterea quod de feroci, & impigro eius ingenio

Semiramis facinus memorandum. multa rerum scriptores tradidere. Sed illud præcipuè facinus memorandũ, quod Nino, Bactrianos obsidente, Menon hanc, vxorem quippe suam, accersiuit, quæ vbi primùm in castra venit, mulier acri ingenio Bactrianæ Arcis situm contemplata, cõfestim viro rationem ostendit loci modico negocio occupandi. Erat Arx ab vna parte præceps, atque in profundam vallem insigniter abrupta, quam hostes, velut inaccessam, nullo præsidio custodiebant. Huc audax mulier cum paucis, quod sibi ad id opus delegerat, per loca ab hostium oculis maximè aduersa, atque eadem aspera & confragosa, pręter spem omnium obrepsit: Vnde cum sese veluti Cælo delapsa hostibus (quorum oculos Assyrius, dum negotium conficeretur, subita oppugnatione ab omni sensu eorum quæ fierent longè auerterat) ex improuiso obtulisset, Bactriani omni spe retinendæ vlterius Vrbis abiecta, alij aliò præcipiti fuga dilapsi, vrbem in Regis arbitrio reliquere.

Aliqua paralella inter Columbam, & Austriam Pietatem. Hisce symbolis, quamplurimis alijs derelictis, quæ de Columba scriptores afferunt, postremò alia Columbina Austrię Pietatis secreta nonnulla hoc modo per paralella enucleantur. Trepidat Austria Pietas, ac Religio, sed regio illo timore, qui est sapientiæ initium, & sine quo Dei cultus tepescit, quin etiam interdum deficit, ac facili negocio Christiana relegatio, quam Numini, & Ecclesię Catholicæ debent sceptrorum rectores, dissoluitur. Intra Austriarum Animarum pectora est sanè trepidans Columba orthodoxa Pietas, quia sancta formidine impia dogmata instar capitalium hostium naturali odio abhorret.

Idcirco

Idcirco *oculi eius sicut Columbæ super riuulos aquarum*, quinimò super innumerabilium Populorum fluenta equora, vt volantium auium vmbram in illis videant, vnguesque rapacium, qui in numeris stratagemmatibus corda Principum artificiosè solent capere, & comminuere, effugiat, & oculorum perspicacia, in eorum fide constantissime adhuc retenta, fraudem periculi eminentis euaderent. At in eorum Vexillis, vbi res Dei, Ecclesię Romanæ, Christi Vicarij, & Imperij tractantur, terrifica in hostes semper visa est, vt modo dicetur.

Cant. 5.

S. Greg. ibi.

Cirill. Alex. lib. 3. in Leuit.

Columba caret bile, vel si eam habet, in vropygio esse tradunt auctores veteres. Dein morbosa & pestilenti quantumlibet tempestate sæuiente, qui non alia, quam earum carne vescatur, contagio eiusmodi minimè afficitur. Quare si pestis vnquam debaccari cepisset, nihil aliud in obsonium Regibus comparabatur, quam ex Columba: quamuis Diodorus Vitulū alioqui, & anserem simplicem tantum, eorum Regum cibum fuisse contendat. Sane Florentinus pullos columbarum necessarios esse dicit ijs, qui vires à morbo recolligunt. Austria quoque Pietas, à se minimè iracunda, vel si aliquando iracunda, nonnisi extrinsecus plurimum lacessita, vbicunque moratur, ac nidificat, columbinos esus Catholicorum exemplorum, facinorumque in hæresum pestilentiam lautè parat; & dum partus edit, proles tales simul progignit, quales optimæ videntur, vt fides œcumenica, viribus interdum in alijs destituta, penitus conualescat.

Esus columbarum, vitulorum, & anserum à contagio liberat.

Liber de Re rustica.

Columba quotiēs ægrotare cæperit, lauri folio decerpto, sibi ipsa medetur. Qua de causa cum aliquem, medicina ab aliquo Deorum præmonstrata, vt contigit Alexandro Macedoni, à sagitta veneno intincta confosso, à morbo conualuisse ostendere voluissent, Columbam, vel, vt scribunt alij, Palumbem (nam hæc etiam in augurijs aliquando confunduntur) lauri ramusculum, rostro gestantem exprimebant. Eodem similiter pacto non aliunde Austria Pietas expectat efficax remedium, vbi, sepenumerò nimiū ab hostiū Imperij, & Ecclesiæ machinis impetita, ac defaticata, infirmari cōtigerit, nisi à Cælesti

Columba curationis symbolum.

medico, qui *mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.* Quique pręcipua curationis medela ei, & Columbæ Christianitatis existit, ostendens lauri ramusculum, quod est inimicorum victoriæ signum, qua cælitus obtenta, morbus omnis politicus, sibi, & fidei perniciosus, radicitus curatur. Ille Columbarum pullos, aut par tuturum obtulisse dicitur apud Adamantium, qui aliquem absterruerit à vitijs, & sceleribus, hortandoque, monendoq; ad animæ simplicitatem traduxerit. Tangit hoc etiam Cyprianus, qui emissam ab Noæ Columbam lapsorum imaginem præseferre commentatur. Quotquot status, Regna, Nationes, Populos, Proceres Austria Pietas, quæ ab incunabilis futura animorum felicitate, per plura sęcula laureandorum, Deo & Ecclesiæ columbinos fætus obtulit, ab Idolatriæ, hæresisque criminibus armis, laboribus, expensis, & quod fortius est, exemplis ipsis, quibus olim Romano Imperio diebus paucis plus profuit imperator Constantinus, quã Petrus, & Paulus, ac millia martyrum innumera annis trecentis, vt in eo Catholica Veritas omninò introduceretur, in vtroque absterruit, atque adhuc absterret, Annalistæ recensent, Scriptores prodiunt, Fides testatur, Apostolica sedes suis diplomatibus confitetur.

Lucæ. 2. Origenes ib.

Gen. c. 8. S. Cypr. ibi.

Exempla Principum quam validissima.

Quę facinora cum illud memorandum Semiramis, paulò ante commemoratum, longè antecellant, hinc non mirum, si *à facie iræ Columbæ* Austriacæ omnis *terra*, nomini Christi, ac eius Vicario inimica territa *facta est* magis quam Hæbreorum Regio, cuius Populus ex regia Tribu cum *Catulus Leonis Iuda* diceretur, ac ea de causa in suis insignibus Leonis effigiem protulisset, magna formidine affectus, *vmbraculum suum* dereliquit. Fel in Animalibus breuis vitæ signum extans, auctore Aristotele, bilem fouet, iras suscitat, acuit vindictas, bella parat, iurgia, & schismata concitat. Omnia hæc si à Columbino Pietatis Austriacæ corde absunt, meritò dum longeuam ætatem sibi hucusque comparauerit, *furor fit aliquando in ea patientia sæpius læsa*, adeo vt sæpe sępius vultu iracundo, ac Zelo Domus Dei excandescenti, animosiores Europæ Leones

Ierem. 25.

Lib. 1. Elench. cap. 1.

Seneca.

sub

ſub ſtigij Leonis vexillis militantes, non ſolum magno terrore concuſſerit, verum etiam pluries, vt cubiles ſuos deſererent, mirum inmodum coegerit. Quod maximum quippè beneficiū, à Deo optimo maximo Eccleſiæ Catolicæ prætiſtum, exiſtimandum eſt, qui idcirco myſticè Auſtriam Pietatam alloquens, ait, *Vna eſt Columba mea*, nimirum in rebus Religionis. Sacri Interpretes ferunt, Satanam vt ſecurius homines deciperet, varia animalium corpora ſeorſim multoties aſſumpſiſſe, ac interdum in Angelum lucis ſe transformaſſe, vt habetur ex diuinis literis. Nunquam tamen legitur, Columbâ ad hoc vſum fuiſſe, Spirito Dei, qui eam elegerit pro ſuo Gentilitio, ita prohibente. Huic doctrinæ illud Pauſaniæ de Columba quadam, ſuper quercum ſedentem, qua reſponſa dabat, atque oracula intra ſuum delubrum Iuppiter proferebat, nequaquam contradicit. Propterea quod aut intelligendum eſt ex quo in Legę Gratiæ Diuinum Flamen ſub Columbę ſpecie, tamquam ſub ſimpliciſſimo Veritatis ſymbolo, ac puriſſimi amoris ſchemate, ſibi complacuit, apparere. Aut fortè opinandum, antiquos, ſuperſtitionibus implicatos, nec non & à Dæmonibus deceptos, abſque vllo veri fundamento illud finxiſſe oraculum.

Cant. 6.

Nota.

Pauſ in Achaicis.

Legatus: Paul. Atc... lib 5. Imp. 141.

Poſſem tempora omnia ab annis 1273. Rudolpho Habsburgico ad Imperij culmen iam euecto, vſque ad hæc noſtra recenſere; ac ſimul oſtendere, quot quaſque feras aſſumpſerit Diabolus ex ſtirpibus Europeis in perniciem animarum, & Eccleſiæ, ſuorum Conſiliorum erroribus adhærentibus. Quia tamen opus non eſt, ſufficiet Maieſtati tuæ hoc ſolum ſcire, nimirū ideo ſum̄am cælitū Prouidentiā nondū permiſiſſe, quemadmodum neque in poſterum permiſſuram, ſicuti ſperamus, Satanam, Auſtria mediante, Mundo orthodoxo exitioſum eſſe, quia ipſe Deus eius Pietatem tanquam Columbam elegit, vt inter cæteras Catholicorum Principum ſtirpes vnica ſemper in Fidei vexillo aduerſus Hoſtilem impietatem videretur. O vtinā Heroes omnes, qui meritò obſequentiſſimos filios ſedis Apoſtolicæ, & Romani Pontificis ſe eſſe iactitant, huic

Columbæ, haud amplius eam, non sine maxima fidei iactura persequendo, sed potius, vt par est, amplectendo, hac tempestate vniantur. Nam præter quamquod illa ratio status, quæ Diaboli ratio dici potius debet, veluti Pius V. eam appallauit, quæque ex tyrannide, & atheismo originem ducit, & pro qua in dies obstinato Marte Christianus orbis vexatur, cessaret, tollerentur proculdubio factiones illæ, quę fuere, eruntq;, pluribus populis magis exitio, quã bella externa, quã fames, morbiue, quæque alia in Deum iras veluti vltima publicorum malorum vertunt. Ex quo deinceps Pia, ac Catholica sceptra experirentur, quam verum sit illud, *Concordia fulciuntur opes*, ac simul magni status stabilmentum capiunt; Et quam sibi, & Ecclesiæ proficeret, aureo fęderis, ac Pacis vinculo eidem se copulari, cum vnio hæc illud portentum in Orbe conficeret, de quo cecinit ille,

Quæ ratio status statib. omnibus hodie aduersa.

Tit. Liu. lib. 3. hist.

Inuicti humanis vt viribus ampla tenerent
Regna, vno dicti nomine Geryonis.

Alciat. Embl. 40.

Quodque insuperabili concordia vim quamcumque hostilem, meticulosam iam redditam, antequam suis armis invaderetur, sola formidine superaret.

DIVI-

DIVISIO II.

AQVILAE MYSTERIA NONNVLLA, SCITV DIGNA, ET IN PRÆSENTIBUS valdè congrua.

NExus, plurimùm à ratione, & à veritate alienus videbitur forsan Maiestati tuę, dum Columbas & Aquilas triumphatricis Pietatis Austriæ Currui me simul iugasse conspexerit. Quandoquidem idem me effecisse idcirco exestimabit, ac si Oues Lupósque, siue Apres, & Molossos, aut Vrsos & Ceruos, vel Elephantos & Dracones, seu postremò Leones, & Iuuencos, quorum natiua iurgia passim apud scriptores, quadrigatæ moli posuissem. Etenim naturale inter Aquilam, & Columbam dissidium adeò mortale est, vt pro comperto omninò habeatur, fœdera amicabilia has aues inter se vnquã contracturas, impossibile videri. Scio nil aliud esse generatim *Sympathiam*, nisi condolentiam quandam, siue naturalem consensum, & conuenientiam, qualis est exempli causa Maris cum Lunæ natura, Heliotropij cum natura Solis: Quippè, ait Tullius, *Illa verò cohærent, & permanent naturæ viribus, non Deorum, estque in ea quasi consensus, quam Sympathiam Græci vocant.* Cic. 3. de nat. deorum. Et quia contrariorum eadem est lex, disciplinaq;, eodem quoq; pacto *antypathia* sympathię aduersatiuè, vti dissonum consono, æquiparatur. Vtraque tamen rerum substantijs ac visceribus siuè inanimatis, siuè animatis dum inseruntur, in Maiestate Naturæ recondita latere concedendum est, cum ingeniosi, & solertes homines nondum satis videntur excussisse. Hinc Alexander Aphrodisæus ait, questiones quasdam esse penitus inexplicabiles, soli Deo cognitas, qui scilicet earum existentiæ auctor sit. In Præfat. Problem. Hæ à Medicis occultę proprietates appellantur; de quibus cum mentio fit in scholis Medicorum,

dicorum, & Philosophorum, festiui quidem & iocosi homines vulgari scommate illorum, stupore, ac ignauia praeditorum animalium pontem constituunt, quorum optima sobole Arcadici in Achaia, Reatini in Italia semper floruere, quorumque corpora Apollini mactabat antiquitas.

Praue autem nonnulli harum solutiones quasdam proponunt, quae nec ratione, nec probabilitate nituntur. Earum quidem cognitio excedit humani ingenij captum. Ac propterea qui eis suaptè natura obstrusis, & inuolutis conetur extra omnem quęstionem assertiuè satisfacere, vt Sisyphus versans saxum, sudabit nitendo, neq; tamen proficiet hilum. Quis enim hactenus vnquam absque hæsitatione veras & solidas rationes afferre potuit, cur palea succino trahatur? Cur à solis corylorum surculis bifidis, & non item ab alijs fruticibus venæ auri, argentique feraces detegantur? Cur sanguis ex interfecti cadauere, vel membris inde abscissis, pręsente homicida, etiam diu post perpetratam cædem fluat? Quamuis hoc satis verisimiliter post Aristotelem Galeotus, nec non Hieronymus Maggius, & Marsilius Ficinus præstare conati sunt, quod etiam Bodinus notauit: Quis, obsecro, explicare poterit, quare tam subitò turbines & procellę oriantur ventorum, cum seipsum desperabundus aliquis infelici resti suspenderit? Quis porro rectè perscrutatus est (licet Ioannes Baptista Porta, & Iulius Scaliger eruditè de hac re disputent) quare magnes ab vno latere interdum ferrum attrahat, ab altero repellat? verum si allio illinatur, aut fimo tegatur, vires suas attrahendi, vel repellendi tamdiu amittat, donec vino abluatur? seseque in singulis aut versus meridiem, aut versus septentrionem obuertat? Quare qui primum magnetis virtutem trahentis ferrum agnouerit & viderit, non potest non illicò in admirationem rapi, quod ipse D. Augustinus sibi vsu venisse fatetur.

Mirabilia naturæ ex sympathia in rebus inanimatis.

Magnetis miracula.

Lib. 21 de Ciuit. Dei cap. 4. & 5.

Neque satis est si aliqui harum rerum arcanam quandam vim tam vulgò tritam mihi obtrudant. Quomodo enim definient occultam illam vim, de qua nihil præter nomen possunt ostendere? Apponere possum exempla in concordia, vel discordia

cordia multorum animalium, vel etiam animantiū, in quibus sentiendi facultas non est: quibus tamen (quia longum esset) prætermissis, attingam tantùm quæ in me possent obijci, mihique ansam dare, vt meæ sententiæ ratio, vbi fundetur, in medium prodiatur; quæque auctores non pænitendi scriptis mandarunt. Odium Luporum & Ouium tam naturale est, vt si Lupina pelle rympanum conficiatur, Oues solum exorrescant, ac si Lupus propè gregem consisteret. Sunt etiam qui asseuerent, harmoniam nullam vnquam coituram ex Ouis Lupique tensis ad concentum visceribus. Adijciunt prærerea, si Lupina pellis in ouili pendeat, Oues pauore conterritas omninò pastum negligere; vtque Leonina inficit aliorum animalium pelles, sic ouinam à Lupina exedi, & consumi dicunt. *Arcana quædam antypathiæ inter res animatas.*

Tympanum ex Lupino corio confectum si pulsetur, aliud ex ouillo corio adiacens exhorrescit, vt propemodum nullum sonitum edat, tametsi ouis membrana Lupum mortuum non sentiat. Eodem modo Ziscas in tympanum versus, quibus in vita fuerat in bello formidolosus, post mortem etiam eijdem terrori fuit. Quamobrem hæc similitudo motiuum Andreæ Alciato extitit fabricandi Emblema 178. cui titulus, *vel post mortem Formidolosi*, addito simul carmine. *And. Alciat. Emb. 178.*

Cætera mutescent, coriumque silebit ouillum,
Si confecta Lupi tympana pelle sonet.
Hanc membrana ouium sic exhorrescit, vt hostem
Exanimis quamuis non ferat exanimem.
Sic cute detracta Ziscas, in tympana versus,
Boëmos potuit vincere Pontifices.

Plinius quoq; scribit Gallinam magnopere horrescere Accipitrem, vt etiam si vocem audierit tantisper dum incubat, oua vitientur. *Lib. 10.*

Quod verò pertinet ad Aquilam præcipua ac naturalia huius magnæ Alitis dissidia cum rebus paruis, ac debilibus duo reperiuntur inter cætera. Primum ab eodem Alciato plane ac *Aquilæ antypathia cum scarabæo, & eius symbolū*

lepidissimè explicatur, proposito argumento, *A minimis quoque timendum*, nec non & exastico.

Alciat. emb. 169.

Bella gerit Scarabæus, & hostem prouocat vltrò,
Robore & inferior, consilio superat.
Nam plumis Aquilæ clàm se neque cognitus abdit,
Hostilem vt nidum summa per astra petat.
Ouaque confodiens, prohibet spem crescere prolis:
Hocque modo illatum dedecus vltus abit.

Pindarus Isthm. 6.

Hinc adagium, *Scarabæus Aquilam quærit.* Scarabæus, inquam, natus ex animantium stercoribus, in quibus viuit, versatur, obdelectatur, deliciatur. Ex quo docemur, hostem quamuis infimæ fortunæ, qua meliora interdum deterioribus hominibus præmuntur, ac supplantantur, non esse contemnendum, aiente Publio in Mimis, *Inimicum quamuis humilem docti est metuere; Etiam capillus vnus habet vmbram suam.* Nihil enim tam minutum, quod non possit aliquid. Sic legimus à cuniculis suffossum in Hispania oppidum, à talpis in Thessalia, à ranis Ciuitatem in Gallia pulsam, à locustis in Africa, ex Gyaro Cycladum insulas incola à muribus fugatos, in Italia Amyclas à serpentibus deletas. Sic Sapores Rex Persarum ab obsiditione Hisibis Vrbis, quam nunnulli Antiochiam Mygdoniæ vocant, crabronum, & culicum multitudine repulsus est. Quod inopinatum auxilium precibus Iacobi Episcopi attributum est. Voluit autem Deus non fulmine, sed per exiguas bestiolas suam potentiam, & præsentiam in Ecclesia declarare, quemadmodum in Ægypto muscas, & ranas, aliaque insecta, non Vrsos, aut Leones Pharaoni & seruis eius olim imisit, vt rebus vilissimis tyrannica superbia domaretur. Huc etiam recidit, quod vulgus passim vsurpat: *Cauendum ab ijs, quibus nihil est, quod perdant.* Ab ijs enim citius iniuria, ac damnum accipitur, quam ab alijs, quibus aliquid est in loculis: quique timent vt plurimùm aliquem prouocare, ne quid vel famæ, vel fortunis detrahatur.

Ex Varrone in fragmētis. Plin. lib. 8. cap. 29.

Dei iracundia maxima minimis rebus detecta.

Homun-

Homunculi verò sortis infimæ, sed dolis, & fraude instructissimi, improbi non minus, quam scarabæi, neque minus putidi, neque abiecti minus, pertinacis ingenij malitia quadam, cum nemini ferre prodesse queant, magnis tamen viris sæpenumero facessunt negotium. Nam territant nigrore (quæ vna improbi animi nota) obstrepunt stridore, qui nemini non molestus est; fætore suo commaculant obuios quosq; circumuolitant, hærent, insidiantur, vt non paulò satius sit cum præstantibus aliquando viris simultatem suscipere, quam hos lacessere turpissimos scarabæos, quos pudeat etiam vicisse (quæ enim victoriæ tam pudendæ molestæq; spes? quod præmium? quis finis?) quosque nec excutere possis, cum maximè velis, neq; confligtari cum illis queas, nisi discedas contaminatior. Peculiariter tamen hic notandum, quam sæpè minima quæque maximum nocumentum hostibus inferant; ita ut rectissimè veteri adagio dicatur, *Et musca splenem habet, & formica bilem.* Quamque experimentis, quorum multa exempla passim apud historicos, edocemur, gentem vilissimam, quæ magnates omnes, natura mortaliter impellente, odio habet, sub Principum alis positam, quorum genium vt plurimum eam introducendi in aulis & cum ea domesticè versandi in cubiculis, & in conuiuijs extitit, ipsis & ipsorummet familijs semper radicalia intulisse excidia.

Sordescunt victoriæ, quæ de vilibus personis habentur.

Aliud dissidium inter Aquilam & Columbam, quæ est auis trepens, ac debilissima, repertum, adeo mortale est, adeo infestum, vt quoties illius plumę columbinis comminiscuntur, eas deuorare, & comminuere credantur. Vnde fit, quod dum hę volucres naturali, ac lethali inimicitia vtrinque discordent, incongrua sanè res, nec non & improbabilis prorsus videtur, in altero eiusdem Currus iugo, ab illo Columbarum discreto, binas Aquilas annectere. Sed occurram breuiter aduerso argumento, hæc pauca de Aquila prælibando.

Alterum inter Aquilam, & Columbã dissidium.

Aquilam auium Reginam supremam vocari, Regis sumi Deorum Ministram fingi, pro perenni Imperatorum insigne eligi, omnes norunt. Terna hæc tantæ Alitis pręrogatiua non

à corporis mole, in qua eam Cycnus anteit, & Anſer, non à pennarum copia, quæ in Pauo maior reperitur, non à pulchritudine, ac varietate colorum, concinno naturæ artificio conſperſorum, in quibus Pſitacus, & idem Pauus ei longè antecellunt, non demum à cantus ſpecioſitate, ſiue dulcedine, cum ex hac parte Philomena, nec non & quamplurimæ aliç auiculæ palmam ſibi ſubripiant, ſed ab animi generoſitate, ab viſu perſpicatiſſimo, ab volatus altitudine, & ab vnguium robore, iuridica imperandi motiua in immenſa omnium pennatorum Republica adipiſcitur. Horum quatuor priuilegiorum ratione, quibus ipſa, vt auem vllam vnquam parem habeat, regale diadema, tribus illis commemotatis prærogatiuis inſignitum meretur, ſupra volucres omnes ſingillatim monarcicè eleuatur. Quem Maieſtatis, ac imperij titulum ei Ægyptij Sacerdotes in regio hoc ſignificato (ſunt enim multæ Aquilarum ſpecies) cõferebant, cuius nigrigans color fuluus poteſt appellari.

Vnde Aquilæ dignitas regia.

Lib. 19.

Huic Aquilæ, auctore Pierio, Princeps Numinum Iuppiter *regnum*, vt Horatius ait, *permiſit in aues vagas:* in ea regiæ virtutes omnes eluceſcunt, quippè quæ viribus omnium præſtantiſſima vna fætus ſuos alit, atque educat, vna pernix, concinna, polita, apta, intrepida, ſtrenua, liberalis, minimè inuida, minimè petulans; verum quam etiam modeſtia prædita. Ea nõ clangit, non lippit, non murmurat, ſed regios denique mores, regiam prorſus maieſtatem in omnibus imitatur. Quinetiam inuenias homines eo naſo præditos, cuiuſmodi Aquilæ roſtrum eſt, pro regijs exiſtimari ſolitos, quod Plato tradidit, & Plutarchus receptum aſſeruit, Perſæque hominum id genus miruminmodum commendabant. Eiuſmodi fuiſſe Cyrum, hiſtoriarum authores tradunt, atque ea ſe ſpecie factum, qua paſſim omnes ferè Principes ad naſcuntur, gloriari ſolitum.

Aquila fulua ſuper omnes habita.

Eius regiæ proprietates.

Naſus Aquilinus regale ſignum.

Animaduertendum tamen duplicem differentiam in roſtro alitum, pro vt ad rem noſtram ſpectat, ad plurimũ reperiri. Vnam, cui à fronte ſtatim naſus inſurgit, id impudentis animi ſignum ponit Ariſtoteles, ſimilitudinemque eam ad Coruum proprius accedere; alteram, cui naſi curuatura ſeparatur à fronte,

Duplex roſtri genus.

ie, circaque medium intumeſcit, & in vnci ſpeciem exit. Hanc eſſe magnanimitatis indicium, & ad Aquilæ roſtrum referri, Philoſophus idem tradit. Meritò itaque Pyrrhus quoque multis à ſe rebus magnificè præclarèque geſtis, Aquilæ cognomento plurimum gaudebat. Nam cum aliquando rebus benè geſtis domum rediiſſet, illumque milites Aquilam appellitarent *Per vos*, inquit, *Aquila ſum, qui veſtris armis veluti pennis ſubleuor*. In eius Numiſmate obſeruata eſt Aquila cum fulmine, ſub pedibus iacente, & ramis duobus quernis in coronam flexis, cũ inſcriptione Dorica, ΑΓΕΙΡΩΤΑΝ, ab altera parte caput, quod alij Iouis, alij Pyrrhi ipſius eſſe dicunt, nam inſcriptio Epirotarum videtur ad Regem ſpectare. Querna verò corona, quæ apud Romanos hieroglyphicum eius eſt, qui ciuem ſeruauit, in hoc Numo glandes Chaonicas, & oracula Iouis Dodonæi ſignificare poteſt. Pyrrhi nummus.

Rerum proſperitas, & maxime ea quæ diuinitus offertur, in Aquila tanquam in pręcipuo ſymbolo elucet. Superſtitioſæ antiquitatis id augures obſeruabant dupliciter ex Alitis geſtu, nimirum aut volando, aut ſedendo: & modo vtroque, fauſtiſſimum, magnumque augurium deſumebant. Sed cum aliquo diſcrimine, nam primum auſpicium citra puluerem feliciſſimũ putabant. Sic Aquilæ volatus Ioui, qui Cælo antequam aduerſus Titanas proficiſceretur, ſacrificauerat, habitam victoriam, propter quam eius inſigne bellicum auream inde Aquilã geſtauit, ſatis proſperè oſtendit. Sic Arexion Parrhaſius indicauit Xenophonti, expeditionem in Bithynos agitanti. Alterum verò augurium dum omninò præclaræ rei indicium videbatur, in ea tamen peragenda laboris plurimum adeundum Aruſpices volebant. Propterea quod ſedentem Aquilam aues reliquę infeſtare couſueſſent, cuiuſmodi augurium eidem Xenophonti tunc oblatum eſt, cum Epheſo ad Cyrum iter arriperet: Dexteræ enim Aquilæ, quæ ſedebat, obuiam factus, futuræ celebritatis, magno tamen labore comparandę, vt poſtmodum probauit euentus, omen accepit. Et ne multũ ĩmorem Volatus Aquilæ eiusq; ſeſſio bona auſpicia, ſed vario modo. Ex Anacreon auth. antiquiſſ.

rem in re hac, quorum paradigmata quamplurima, ab historicis desumpta, recenset Valerianus, aliaque Aquilæ boni ominis symbola, vt est Imperatoria Maiestas, Rex Pius, & misericors, Benignitas, relata Gratia, conuiciorum Contemptor, Iuuentus renouata, Apostolatus, Ingenium velox, alta Cogitatio, D. Ioannes Euangelista, statuta firmiter sedes, terrarum Dominatio, omnia encomia huius Auium Reginæ, in sceptro Iouis præfigi solitæ, & à Thebanis non aliter coli, quam Cynocephali, Crocodili, & alia quædam bruta, ab Ægyptijs pro Dijs habita, ita claudam compendiatim.

Aquilę encomia ab codē Pierio.

Illud in Aquila præcipua admiratione dignum est, quod vna omnium animantiū idem apud gentes nationesque omnes semper indicarit, cum pleraque alia ita vel populorum vel gentium certarum propria fuerint, vt quanto huic vel illi feliciora portenderent, infausta alijs, & ærumnosa magis minitarentur. Verum Aquila cui non semper prospera felixque fuit? Quæ bella vnquā hominū memoria depugnata sunt, in quibus illa fuerit otiosa, siue quis Assyriorum, siue Medorū, siue Persarū historias percurrat, siue Græcorum, atque adeò Macedonū monumenta, resque præclarè gestas memorauerit, siue Romanorū, qui mox omnium excepere gloriā, famam celebritatēque, & sublimem felicitatis apicem, admiretur? Apud hos autem quid vnquam Aquila frequentius? quid vnquam sacratius fuit? Rex Phrygię Mida Gordij pauperis gnatus, Rex Argiuorum Ægon, deficiente Heraclidorum familia, ex qua regem eligere mox illis antiquitus fuerat, creatus, Rex Siculorum Hieronus vnde auspicata suarum fortunarum omnia, nisi ab Aquila, quę prioris Currus parentis iugo per totum diem, alterius verò super domum supernè elapsa, tertij autem primo bello, quod inijt, clypeo insedit, recepere?

Alitis Regię huiusmodi felicibus prognosticis referuntur quę demum narrantur de Tarquinij Prisci Principatu, de C. Marij septeno, quem eo numero primus omnium assecutus est, Consolatu, de Macrino Diadumeo in agro ambulanti, cuius pileum non solum Aquila abstulit, veluti & cōmemorato Tar-

quinio

quinio in itinere effecerat, verũ etiã in capite cuiusdam regiæ statuæ illud deposuit: de Albino, cui etiam septima postquam natus est hora, conuiuio, quod eius celebritati deputabatur, cum ei fierent nomina, septem Aquilæ paruulæ de nidis allatæ sunt. Quæq; postmodũ dicũtur, nunc narrãtur in Octauiano, nemore prandenti ad quartum lapidem Campanę vię, quod sibi Aquila ex improuiso panem de manu rapuerit, cumque altissimè volasset, rursus ex improuiso leniter delapsa reddiderit. Nunc in Tiberio, eadem aue nunquam antea Rhodi conspecta nisi ante paucos dies, quam inde Imperator reuocaretur, & in culmine domus eius sedente. Nunc in Claudio, qui diù inter ludibria aulæ fuerat, sub Caio fratris filio Consulatum adepto, dexteriore humero quamplurimum cum fascibus ingressus est forum, præteruolans Aquila consedit. Nunc in Vespasiano, qui orienti præerat, & rerum potitus est, Aquilis duabus antequam de aduersario occidenti imperante victoriam obtineret, inconspectũ omnium confligentibus, victaque altera, tertia subueniente à solis ortu, que victricem abegit. Nunc in Maximo, in cuius cellam, vix noto (ex parente enim plebeio, arte ferrario, vel carpentario ortum habuit) carnem bubulam & quidem multam proiecit Aquila, eamque, posteaquam religionis timore nec quisquam ausus est illam attingere, iterum sustulit, & in proximum sacellum, quod erat Iouis Præstitis, detulit. Nunc postremò in Aureliano, quem vinctum fasciola sine vlla noxa de cunis substulit Aquila, & in aram iuxta sacellum, fortè sine ignibus extantem, posuit.

Tarquinius. Albinus. Octauianus. Tiberius. Claudius. Vespasianus. Maximus. Aurelianus.

Verum hæc temerè fortè accidere potuerunt, cum nulla non die ignobilissimus etiam viris Aquilæ sese ostentent, & his etiam admirabiliora nonnunquam faciant, quorum tamen nemo vllam assequitur celebritatem. Ostenta in alijs obseruata, quod eorum, qui ad aliquam rerum amplitudinem euehuntur, dicta factaque omnia quantumlibet leuia repetuntur, & oraculorum instar in acta referentur. Sed demus hoc contentiosis. Illud puto non negabunt alicuis esse momenti, quod Aquilæ gerendis rebus tam sepè se duces exhibuerint, & quasi diuinitùs

Obiectioni occurritur.

missæ vel quid agendum ostenderint, vel quò res euasuræ essent præmonuerint. Nato Alexandro Macedone, Aquilæ duæ tota ea die præpetes supra culmen domus insederunt, omen duplicis Imperij, Europæ Asiæque præferentes. Ea autem, quæ à classe in continentem progressa, ibique firmata, augurio fuit, Persas terra, non mari debellandos esse Alexandri ipsius interpetratione, secus quam Parmeno sentiret. Et difficillimo eo prælio cum Darianis apud Arbellam comisso, quo nullum vnquam acrius inter eos fuit, Aquila paululum supra caput Alexandri placidè volitare visa, nec armorum sonitu, nec gemitu clamoreue vllo morientium territa, diuque circa equum ipsius Regis pendenti magis, quam volanti similis apparuit, præsagio, vel indicatione potius, quo res euasura esset, manifestissima.

Tres euentus felicissimi Alexandri Magni.

Augurium huiusmodi legitur apud Tacitum Fabio Valenti oblatum. Cum is exercitum in bellum ageret, ipso profectionis die Aquilam leni meatu, pro vt agmen incedebat, veluti ducem viæ prouolasse, longumque per spatium, nullo gaudentium militum clamore, augurium accipientium, & alitem salutare iubentium, terrefactam, ita iter continuasse, vt haud dubiè magnę & prosperæ rei omen acciperetur.

Alia prognostica de Fabio Valente.

Eiusmodi auspicij lætitia Vitellio fuit, copias aduersus Othonem præmittenti, siquidem à parte dextera repentè Aquila aduolauit, lustratisque signis, ingressos viam sensim antecessit.

De Vitellio.

Et memorabili ea pugna, qua Locrorum XV. millia tantum, ducenta & viginti millia Crotonensium profligarunt, qua pugnabant parte Locri, Aquila ab acie vnquã recessisse fertur, eosque tamdiu quo adaincerent circumuolasse.

De Locris.

Quid, que Deiotaro Regi augurium dedit, ex itinere diuertendum? cui illi obsecuturus cum esset, conclaue mox illud, vbi Rex mansurus erat, si ire perrexisset, proxima nocte corruit.

De Deiotaro.

Eodem Mario reditum cum summa gloria triumphabundum pollicita est, cum Anguę arreptum vnguibus dilacerasset, & in aquas abiecisset, & occasum inde versus aduolasset: quæ Cicero luculentissimis carminibus in Mario decantauit.

De Mario.

Hæc, & quamplurima alia passim ab Auctoribus antiquorum

Conclusio totius Diuisionis.

quorum hierogliphycorum inspectoribus enarrata sacramenta, quibus inpigrorum Neotericorum ingenia fabricare noua symbola, enigmata, emblemata, scuta, gentilitia, arma, & cætera huiusmodi adhuc non cessant, de Aquila proferuntur. Alite profectò, quam idcirco scriptores multi Austriacæ Fortunæ propriam in dies efficiunt, quia Pietati eius columbinæ, in qua symbolicè hæ volucres fœdera pacis cōtrahunt, propter maiora dominandi auspicia ac prosperitatis euentus, quæ nulli Orbis terrarum familiæ, ex quo gentes, Reges, Monarchæ, & Imperatores esse ceperunt, adeò feliciter & comulatissimè contingere, maximè attribuenda est, & penè auito iure tradenda. Itaque sicur in regijs auspicis, vti dictum est, Columba locum habet, vt propterea cordis antypathiam Aquila in eam compescuerit, palumbum regium paruulum afferens, & in cunis Diadumeni dormientis ponens, recedensque sine noxa, ita pariter & cum eadem hac ex parte dissidium nunquam habebit. Quemadmodum neque inter ipsam certamen esse potest, dissensus, seu dissimilitudo, vbi Columba futuram animorum felicitatem, cuiusmodi Aquila in omni suo gentilitia explicuit, augurarur. Et quamuis omnimodè postremò assereretur in nullo neq; naturaliter, neq; symbolicè Columbam, & Aquilam inter se conuenire, saltim concedendum, posse ambas Currui triumphantis Pietatis Austriacæ iugari, quatenus altera fęcunditatem sacramentalem in matrimonijs, altera vero horum prosperitatem in rebus imperandi, & in rerum copia seorsim portenderet.

Ratio in contrarium nuper adducta dissoluitur.

DIVISIO III.

HYMENEVS, PRVDENTIA, LIBERALITAS, PIETATIS TRIVMPHATRICIS sertum ex viridi lauro, alterum monstrosi colubris caput, hastæ mucrone infixum.

Deorū multiplicitas vnde. OMnes *Dij Gentium Dæmonia*, omniumque Gentilium prima de Dijs post Diluuium comenta nonnisi ab Ægyptijs, vnde mox fabulosa vanaque superstitio, quam veluti inanem suasionem Plinius contemnit, transijt ad Hæbreos, Chaldeos, Babilonios cæterosque Orientales, ac deinde ad Græcos Latinosq;. Horum omnium Nationum infinitum penè Deorum numerum meritò vellicarunt Arnobius, Lactantius, Iustinus Martyr, idemque Philosophus, Athanagoras, Tatianus, D. Augustinus, D. Ambrosius, Firmicus Maternus, & alij veræ Pietatis assertores, & vindices. Mythologi ad rationes physicas Deorum naturam retulerunt. Marcus Tullius ad multiplices Dei affectus multò prudentius pro suo captu reuocauit, nam & Naturæ nomen sepè pro Deo aut mente diuina vsurpauit. Imò veteres penè omnes imersi inscitiæ tenebris, nihil aliud esse Deum censuerunt, quam prodesse hominibus, & varijs sanè modis vitam beare comunem. Macrobius præ cæteris pluribus argumentis euincere contendit, Deos omnes ad Solem referri, idque vnum esse Numen, quod sub varia nominum appellatione Gentes venerentur. Hinc Kircherius multa cum ratione, & arte Deos omnes ad vnum Solem, ad Lunam omnes Deas reuocari debere luculenter ostendit. Et vt facilius ac breui omnia, quæ nationes innumeræ, impietate idolatriæ miserrimè affectæ, de Dijs somniauere, percipiantur, in Iconismo V. eiusdem capitis schemata symbolica in quibus tanquā in anacephalæosi

Marginal notes: A quibus vellicata. — Mythologi de Dijs. — 2. de Nat. Deorum. — Macrobij placitum. — Loco citato Lib. 3. cap. 13.

læosi 12. Deorum ex maioribus, quos gentes colebant, totidemque Dearum turbę ad vnicum Solem, & Lunā reducta videntur. Horum Luminarium figurę, in ea pagina 252. pulcherrimè subiectæ, (quarum altera quatuor laterum angulis quatuor anni tēpora, scilicet Ver sub calatho, varietate florum pleno, Æstatem per Cistam, grandi aridarum spicarum manipulo traditam, Autumnum in Cornucopia, Hyememque tribus arboribus, folijs omnibus ac viriditate expoliatis, patefacit, altera verò quatuor paruas Lunas non eodem modo sculptas) propria nomina dum faciebus, in quibus sunt scripta, exprimunt, Sol Mundi anima, Rex Cæli, penetrans omnia denominatur; Luna verò Cæli Regina. Vtraque imago 12. radijs toto Zodiaci circulo postremò amplexis, coruscat, qui sunt duodecim veluti digiti, diuersorum in natura rerum effectuum operatores; vel quod idem est, diuersæ virtutes, quibus Sol & Luna, mundi Gubernatores omnia administrant, quasque veteres sub varijs Deorum nominibus indigitabant. Quæ quidem nomina iuxta diuersarum gentium denominationes in circumferentia diuersis nominibus insignita spectantur.

Iconismi r. P. Kirchern descripto.

Maiores gentiū Dij, Deaque 12.

Itaque Vis penetratiua vniuersi in Sole Iuppiter est, Vis calefactiua radiorum Appollo, Vis effectiua mineralium Pluto, Vis effectiua ventorum Æolus, Vis bilis excitatiua Mars, Vis genitalis totius vniuersi Pan, Vis in naturam humidam Neptunnus, Vis Solis salutifera Æsculapius, Vis corroboratiua Hercules, Vis actractiua vaporum Mercurius, Vis in liquores & vinumq concoctiua Baccus, Vis temporum effectiua Saturnus. Hi sunt 12. maiores Gentium Dij prout diuersis vnius Solis virtutibus correspondent. Vis quoque duodena in Luna 12. maiores Gentium Deas cōmostrat adeo vt dum fuerit productiua frugum Cererem, dum beneuola luce effulserit Lucinam, dum vegetabilia ederit Florā, dum vim in Syluas, feras, arbores ostēderit Dianam, dum calore salutifero se proderit Mineruā, dum maria, & omnia humida in regimen possederit Thethydē, patefaciat. Sic postmodū vbi eius vis subterranea erit Hecatē, vbi dominatrix rerum Bellonam, vbi hærbarū productrix Proserpinam, vbi

Symbolica de Dijs, ac Deabus enucleatio ad Solem, & Lunā deducta.

Vis Lunę etiā duodena veluti solaris.

vbi illuminatiua aeris Iunonem, vbi seminalis Venus, & vbi omne influxui Solari subiectibile Rhæam, numina quemadmodum & priora à Mythologis conficta, symbolicè exprimit. Ad hunc SolemLunamque, eius coniugem omnis gentilium Theologia alludit, quam ab Ægyptijs didicerunt. Hi mortalium primi hanc Deorum architecturam machinati ad vtrumq; Planetam, quorum illum Osiridem, hunc Isidem vocabant, cuncta reduxerunt. Quos sequuti Chaldæi Saturnum, & Rhæam, Osiridi & Isidi veluti paralella, quibus omnia attribuerunt, statuere. Hos Hæbrei imitati Baal quoque & Astaroth conciderunt; Phœnices Adonidem, seu Tamuz & Venerem, Persæ Mythram & Anatidem, Chananæi Moloch & eandem Venerē, Moabitæ Chamos & Beelphegor, Philistini Dagō & Atargatin.

Nomina paralellica Deorum diuersarum Nationum.

De Hymeneo nonnulla, & quidē varia.

Quæ verò de HYMENEO (vt ad rem nostram veniam) tradiderunt fabulatorum chymeræ, diuersa sunt, nec inter se cohærentia. Nam etsi omnes eum nuptiarum Numen supponant, (ita dictus à membrana, quæ claustrum Virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur) quis tamen ipse fuerit, vario modo explicant. Hic Veneris, e Liberi filius dictus est, vel vt quidam aiunt, ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alij autumant, Hymeneum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus Virgines, parentibus intactas restituit, ideoque in nuptijs eius nomen inuocari, tanquam defensoris Virginitatis; ideoq; hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptijs virginalibus Thalassij nomen inuocabant. Alij contendunt, Hymeneum fuisse quemdam iuuenem, qui die nuptiarum ruina oppressus interijt. Vnde postea institutum, vt expiationis gratia nominaretur in nuptijs. Sunt etiam qui putent, hynnum ipsum, in virginalibus nuptijs cantari solitum, vocari Hymeneum. Tamen sit vt sit, ratio quare præiacti triumphatricis Pietatis Austriæ currus aurigam Hymeneum constituerim, ea est, qua cōmuniter nuptiarū Deus, siue tutelare Numen hoc constituitur. Et totus iā triumphus, de quo in præsentibus agitur, ex quamplurimis coniugaliū fæderum præclarissimis nuptijs mirum in modum conflatur.

Quan-

Quantum ad id, quod in hoc loco ad PRVDENTIÆ imaginem ſpectat, haud quidem obdubitarem, Politicum quendam magni nominis inter Germanos, ſi nondum obijſſet, me acriter obiurgaturum, eo quia vnâ cum Pietate Auſtriaca Prudentiam ciuilem collocauerim. Hic vir illuſtris, de quo loquor, licet aliunde Auſtriacis Principibus maxima deuotione affectus, dicere tamen ſolebat, Domum Auſtriacam, à prudentia humana plurimùm, ac identidem aberrantem, ſola Pietate, ac Liberalitate adhuc diuinitus conſeruari. Ipſe autē probabo argumento politico & ad hominem, vt aiunt dialectici, omnem meliorem rerũ agendarum diſciplinam reperiri, vbi Chriſtiana Pietas viguerit. Perenne illud ſilentium mihi imponatur, quod Indis mos imponendi illi erat, quem ſemel mendacem reperiebant, niſi ad hāc theſim etiam politicè, ne dum chriſtianè enucleandam, demonſtrauero, neminem poſſe aut prudentis, aut iuſti, aut verè amantis ſuorum ſubditorum famam nanciſci, quoties ſe in regimine à dulci Dei obedientiæ iugo, & ab eius leui onere ſubtrahere minimè erubuerit. Equidem prudens nequaquam teneri, imò nec dici poteſt, qui malo modo, in quo eius facinora verſantur, nō vult in mundo id perſpicere, quod Sole ipſo clarius eſt; nimirum incretam in eo eſſe Diuinitatem, quæ vt poſſit propitia iuuare, nec non inimica damnum inferre, magno ſanè cum lucro impenſas affert, eam muneribus, delubris, libaminibus, & quod prodeſt magis, catholica, ad eius mandata adimplenda, voluntate, ac promptitudine eam ſibi arrhabone deſtinare. Si rerum omnium conditor, qui *Deus abſconditus* vocitari gloriatur, non ſecus ac Apelles poſt depictam telam poſt totius Vniuerſi operam abtrudi omnino conaretur, adeo tamen propalam ſimul elucerer, vt nonniſi qui cæcus eſt dicere poſſet, eum non videre.

De imagine Prudentiæ aliqua.

Nota.

Sine Pietate Catholica deficit vera Prudentia etiā politicè.

Eſſe motorem vnum, à quo omne bonum, omniſq; Principum omnium auctoritas, traditio Patrum in filios nequaquā eſt; ſed eſt veritas ipſa, quæ cum hominis capite inſeparabiliter naſcitur. Idem Athei ſi offenderint, ſi lapſi fuerint, ſi pericla ſubiuerint, confeſtim Deum, vt ſibi auxilium pararet, vocant. Ipſamet crudelitas ſola, ſæculis 50. & amplius nationibus omnibus, adeo aliundè inter ſe diuerſis perſeuerās, ſuadet, quin & fortius con-

In atheos inuectio.

conuincit, idem prorsus fore, velle sine Deo regnare, ac velle sine cerebro discurrere. Nihilominus demus gratis, Principem malum sub populorum oculis facinoribus suis sufficienter probare, se neq; Diagoram Milesium esse, neq; Abderitem Protagoram, neq; Bionem Boristenitam, ita vt illum, qui ipsum creauit minimè cognouerit, si etiā quem cognoscit creatorem non timet, min⁹ quā antea se discurrisse ostēderet, vt merito scribat ille, *Magna profectò insania est Euangelio non credere, cuius veritatem sanguis Martyrum clamat, Apostolicæ resonant voces, prodigia probant, mundus testatur, elementa loquuntur, Dæmones confitentur. Sed longè maior insania, fide Euangelij veritate non dubites, viuere tamen quasi de eius falsitate non dubitares.*

Prudentia ciuilis nulla sine Dei cognitione, & timore.

Picus Mirandul. ad Nepotem.

Profectò nihil aliud quam Rex stultus à suis subditis ille crederetur, qui in regimen vix ingressus, arcem meliorem hodie demolitur, cras verò columnas, quibus eius Domus substentatur, prosternit, cognationibus, vnde egregium nobilitatis emolumentū comparauerat, abrenunciat, custodias, tutum ipsum reddentes dispergit. Eodem quoque modo insanire videtur qui turpi rebellio supremæ Dei maiestatis obliuiscitur. Est etiam Deus Regum fortalitium inespugnabile, cum flens Hieremia de Rege, ab eomet iam profectò, affirmet, *Dereliquit Rex arcem suam.* Est quoque vnius cuiusq; Regni basis, *supremum pijssimi, & carissimi Imperij vestri firmamentum est Christus,* inquit D. Cirill⁹, scribens Theodosio. Est, inquā, cognatus omnib⁹ ꝓpinquior, quos bonus Princeps habere poterit, docente Sinesio, *Deum arcana quadam necessitudine religiosum Principem sibi conciliare.* Deniq; ipse est, qui suorum Vicariorū custodię semper inuigilat, vt Temisti⁹ supposuit, *Cor Regis*, ait, *in palma Dei satellitatur.* Ille ergo, qui de Deo, cuius prouidētia potest ipsum custodire, nobilitare, reggere, in securitatem ponere, parum, aut nihil curat, quomodo prudentis nomen acquirere merebitur? Quomodo instar oculatissimi felicitatis Reipublicę inspectoris tenend⁹ est, qui feliciorē omniū populorū finē despicit, vnde principia ac media omnia cuiuscumq; regiminis, laude digni, mens humana, nomine & re Dei cultrix, abundè & sine vlla deceptione cōprędit? Nonnisi mente captos (alios nunquā) vidi irritare Leones, qui eos dilaniare possunt, ignē dare cuniculo, qui eos sepelire debet, trahere ex se suos in humeros molarem lapidem, qui eos potest deterere.

Hierem.c.13. iuxta Chaldeum.

Lib 1. de recta fide.

Ad illud Prov. cor regis in manu Dei.

Neque

Neque sit qui hoc in me aliquam Christiani cordis teneritudinem existimet. Primum monitum, quod Augusto suo Mecenas dedit, fuit hoc, *Diuinum numen omni modo, omni tempore ipse cole, & vt alij colant effice.* Id quod antea Cambises Cyro consuluerat, inquiens, *Dei esto amicus, & in eundem pius, nihilque nisi eo implorato aggrediaris.* Quotquot, statuum vtilia decernendo, optimi regiminis prescripsere regulas, legesque sanciuere, studuerunt prius, talem de sese populis fidem parere, vt inter ipsos, & diuinitatem aliquam fædus intimum, siue correspondentiam nimis domesticam extitisse, crederentur. Ita habiti sunt celeberrimi antiquorum iurium conditores, vnde omnis Politicorum disciplina tanquam à pluribus fontibus abundè ac feliciter emanauit. Habuisse legem, quam tradidere Zoreaster Persis ab suo Horomasi, Trismegistus Ægyptijs à Mercurio, Minos Cretentib⁹ à sūmo Deorū Numine, Licurg⁹ Lacedemonib⁹ ab Apolline, Dragō Solonq; Athenientib⁹ à Minerua, Numa Romanis ab Egeria Nimpha, Maumethes Arabis à Gabriele, Zamalsis Scithis à Dea Vesta, scriptores tradidere. Mundus totus, ne dum Theologus vnus Nazianzenus fatetur, scientiam, seu peritiam gubernandi homines artem esse omnium artium, quam plenè, ac perfectè quidquid Deus non est, possidere non potest. Neque credendū, secretum tam pulchrum suis diffidentibus velle Deum ita faciliter comunicare. Quisquis de semetipso talem conceptum alijs peperit, vt palàm se malè cum Deo stare adnotetur, vulpis, & non Elephantus, scilicet astutus, siue malitiosus (Italice furbo) dici quidem potest, non autem sapiens, aut prudens. Adnotantur interdum in negotiorum, totam vnius regni quietem concernentium directione errores adeo enormissimi, vt cogent Politicos conclamare vsque ad astra, eo quia eorum axiomata parum obseruentur, eorū institutiones plurimùm contemnantur. Dent tamen sibi pacem, acquiescantque, nam si mali regiminis effectus cognoscunt, veram causam neutiquam sciunt, neque vaticinantur. Nimis faciliter cerebrum perdit, qui Deum perdit. Abs Dei timore omnis sapientia, sed eo deficiente, omnis inscitia expectanda.

Dion. lib. 52.

Primū Mecenatis monitum ad Augustum

Ex Xenoph.

Vetustissimi legum institutores.

Mars. Ficin. in arg. ad min. Plat.

Amplæ equidem ſagacium conſiliorum prouiſionis magno regimini opus eſt. Quamuis eis humanum abundarit ingenium, nunquam tamen quantum ſufficit ex ipſis habere omninò poterit. Ac proptereà qui impietate, ac diffidentia inexauſtæ Sapientiæ theſauros, ne ſuæ defectioni ab eadem ſuppleatur, detinet, ex frequenti euentuum aduerſitate pro inſufficienti habitus, nec non & abſque nauigandi pagina veſoriaque jam creditus, nonniſi ab habentibus voluntatem ſe perdendi poſſet in Nautam deſiderari, ac eligi. *Qui enim ſibi malus eſt, cui bonus eſſe poteſt?*

Multis literis imbutus ſi ſtuduerit pro Principe, ſi generoſus Miles ſub eo certauerit, poſſetne, vel vnus, vel alter id efficere, aut pati, quod pro eo Chriſtus effecit, aut paſſus eſt? Quomodo ergo minus ſibi tribuentem, ſi magis ſibi tandem non amplius curat, curare Princeps vellet? quomodo benè eum aſpicere, ſi ita malè ipſe Auctore deſpicit? Qui vnicam Omnipotentiam, à qua momentis omnibus vel vt Saul Dæmonibus conſignari, vel vt altera Iezabel canibus proijci, vel vt Manaſſes ferreis catenis tradi, vel vt Sedecias oculorũ lumine priuari, ſuis pedib⁹ ſine vllo pudore conculcat, quid non ignominiæ, & contumeliæ eis pareret, à quibus nullam peiorem vindictam poteſt expauere, quam interius animo ab eis odio haberi, vel ad ſumum in amicorum, ac confidentiorum receptaculis liberius de ſuis facinoribus obloqui? Non ab Eremis Tebaidæ, ſiue Nithriæ in aulicorum cætus hęc doctrina translata eſt. Ariſtoteles ipſe multò ante eam docuit, Bion quoque legibus, quas Prienenſibus ſcripſerat, maximopere Principi iniunxit, eius onus, ac curam eſſe debere, vt ab omnibus ſe rerum diuinarum amatorem cognoſci faciat, alioqui, aiebat, *ſi Deum ille non reueretur, non eſt cur ab eo ius in ſe impetraturos homines ſperent.* Chriſtiani ſunt, qui Principes, Deum timentes, amantes, ac honorantes, *Et ſuam poteſtatem Maieſtati eius Famulam facientes,* ſolũ extimant. Sunt etiam & Barbari huic opinioni conformes, cum hi quoque, vbi ſuos Principes viderint infelices, autument, propterea eos tales eſſe, quia ſunt Deo parum grati. Gentiles Græcorum non

Lib. 5. Polit. cap. ij.

Ex Fracherta in ſuo ſemin. Polit.

S. Aug. lib. 5. de Ciuit. cap. 24.

non aliunde aduerterunt, strenuissimi atque fortissimi Timothei facinora omnia in peius ruisse, ac deteriora effecta esse, nisi ex quo, reddens ille Populo rationes, quæcunq; abs se feliciter gesta carmine illo intercalari, *Atqui in hac re fortunæ partes fuerunt nullæ*, iam sibi soli impudenter tribuerat. Spretâ sub fortunæ nomine Prouidẽtiâ, seuerissimè eum hęc vlta est, queadmodum & Iulium quoq; Cæsarem, quem prudentes Romani eo die perditum ac derelictum credidere, in quo Aruspici sibi nuntianti, *Ex te non fuisse bona*, respondit, *Erunt bona cum volo*; ac tacitè annuit, se non amplius Diuina dependentia indigere. Ex Plutar.

Bonorum, malorumque nostrorum obseruator, & custos prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Principum munus, seu officium genus quodam est nobilissimæ Agriculturę, per quam mala germina ab Horto Reipublicæ sunt euellenda, ac bona placidis beneficientiæ imbribus, vt feciliter crescant, irriganda. Sed *Ars agriculturæ ferè tota à cælo perficitur*; quod maximè Principes adnotare deberent, nã teste Apostolo, *Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Vt non amplius, Dei prorsus obliti, securè regiminum prosperitatem super aurum, ac honorẽ, necnon & super exercitus funditus collocarent. *Quis enim*, etsi totus Mundus ei subijceretur, *tueri possit eum, qui à Deo expugnatur?* Rudiores Populi & ipsi quoq; magnam illam Aristotelis veritatem, nempe *Promorem esse Deum in eos, qui eum maximè colunt*, proculdubio attingunt. Vsque dum contuentur, eorum Dominium fędus cum eo pepegisse, qui mortis, & vitæ, annonæ, siue pinguis, siue macilentis, honoris, & ignominiæ claues habet, sub eius vmbra omninò tuti, nullũ discrimẽ sciunt formidare. At tunc vltricis Dei Iustitiæ ad asperrima flagella terga parant, cum qui eos innocẽtiâ tegere debebat, insuetis suis criminibus insuetas punitiones in ipsos irruenter prouocat. *Dum* Princeps *intuetur quæ sub ipso sunt, consideret sub quo ipse est. Clamat enim interna ratio, vt quisque se illi subijciat, à quo habet vt sit.* Hac de re Imperator Emanuel Paleologus primùm monitum, quod Ioanni filio reliquit, hoc fuit. *Copia boni diuinitus instar pluuiæ beaberis, si & sceptrum à Deo te consecutum agnoueris & te seruum tuus esse sciueris, eique seruire magis tibi volupè fuerit, quam quod alijs* Seneca. Ex Chrisost. in cap. 7. ep. 1. ad Corint. Christo. in Psal. 7. In Dech. ad Alex. S. Greg lib. 21. moral. cap. 10. B. Laur. Iustin. lib. de obed. In Præcept. educ. Regie 7.

imperat. Et vt breui omnia claudã, quæ de Prudẽtia in pręsentib⁹ afferri possunt, dicã, antiquũ Comicũ in dicterio illo, *Deũ cole, et omnia facies rectè*, tanquã alterũ Euãgelistã locutũ esse. Idcirco fatetur Sozomenus, *Solam Pietatẽ Regibus sufficere ad salutẽ & sine hac nullius esse momenti exercitus, robur Imperij, & reliquum apparatum.* Cui addendũ illud Claudiani. *Nunquam libertas, quã sub Rege Pio.*

Lib. 9. hist. cap. 2.

LIBERALITAS in hoc loco non me cogit, vt de ea prolixam orationem impenderem. Propterea quod ex bonis quamplurimis, cornucopiâ Pietatis Austriacæ Stirpi comulatissimè distributis, & in III. Gentilitio enarrandis, fortis ac aureus nexus inter eãdem Pietatem & Liberalitatem non secus ac inter ipsammet, & Prudentiam concinnè apparebit. Imò idem demonstrabitur, vti hic factum de Prudentia, Pietatem nihil aliud in Principibus esse, quam cælestem Liberalitatem. De hac scripserat ille Iustiniano Cæsari, *Solus beneficentiæ thesaurus stabilis est.* Hęc Virtus Pietati iuncta ea est, qua *rei, & famæ consulit munificus Imperator, lucratur enim gloriam, cum dat pecuniam reuersuram.* Nequaquam verum esse, sufficere ferrum, vt tutum fieret Imperiũ, Politicus quidam Aureliano iam suaserat. Si ferrum requiritur, vt timeatur, vt ametur aurum est ei necessarium, aiente Seneca, *Melius beneficijs Imperium custoditur, quam armis.* Sint prorsus infructuosa illa bona, quæ profectò ad aliud, quam ad multos amicos comparandos valere solent. Vnde meritò Rex Siciliæ Dionisius Principẽ gnatum increpauit, quod apud ipsum quamplurima, ac varia, & omnia à Patre sibi missa, sed à filio ociosè retenta, adinuenisset munera; illorum planè, quibus nescierat aliorum gratiam, eamet alijs largiendo, vt fas erat, lucrari eũ indignũ verè existimans. Sordidus Galba, dũ fronte inuerecunda minimo quadrante, quam porrigere solebat, suam beneficientiam vilem reddere, ausus fuerit. Nec non & parum dignus Pertinax, vt bona seruitus ei præstaretur, cuius liberalitas verbis tãtum abundans, rebus omnibus indigebat. Cyrus, Anaxilaus, Alexander, & quilibet felix Mundi dominator hanc cũ Traiano percepit veritatẽ, nimirũ, *Nullã maiorẽ esse Principis felicitatẽ, quam fecisse felicẽ, intercessisse inopiæ, fortunã vicisse, & dedisse homini nouũ fatũ.* Queãdmodũ esca capitur piscis, ita & homo beneficientia. Quot-

De Liberalitate aliqua.

Agap. ad Iustinian.

Pacatus in Paeg. Theodor.

Ex Zonor.

Lib. de breuit. vitæ.

Ex Plutar.

Ex Dione.

Ex Capitolino.

Plin. in Paneg.

Quotquot imodica alicuius fundandi firmandiq; Imperij cupidine exarserunt, Augusti artes prius experti sunt: Cui non alinde leue fuit indomitam Romanorum libertatem pauco labore assuefaciendi, nisi quod pronus cum esset ad omnium auxilia, *Militem strenuum donis, Populum annona, cunctos dulcedine ocij pellexit.* [Tacit. lib. 1. annal.]

Animaduertendum tamen, quod licet Valerius satis ad propositum doceat, *Liberalitatis duos esse fontes, verum iudicium, & honestam beneuolentiam*, [Val. Maxim. lib. 3.] nihilominus *Errat si quis existimat, facilem rem esse donare.* [Sen. lib. de Benef.] Donare facile est, at donare benè nequaquam. Opus est hoc proprissimum, ac connaturale Principi, attamen absque plurimis circumspectionibus peractum, innumeras penitudines, doloresque secum affert. *Subitæ largitionis comes est pænitentia.* [Plin. lib. 7. epist.] Quotidie enim probatur, verum esse illud, *sine hoc delectu beneficia magis proijcimus, quam damus.* [Sen. lib. 1. de beneficijs.] Sine hoc delectu illi sanè, qui *nunc mutuo, nunc dono, nunc minis omnia Ciuium bona rapiebat*, [Idem. li. 2. de benef. c. 16.] *plerique prodigi* Principes, qui *etiam vnde non oportet accipiunt, atque in hoc sunt illiberales* (*liberalitas* enim, ait D. [Aristot. l. 4. Mor. ad Nicom.] Hieronymus, *liberalitate perimur*) in dies conformantur. Adeo vt pudeant dicere cum Theodorico, *Munificentiam nostram nulli volumus extare damnosam, ne quod alteri tribuitur, alterius dispendijs applicetur.* [Apud Cassiod. lib. 7. ep. 17.] Hæc irregulata largitio si fuerit alijs nociua, latrocinandi adgaudebit titulo: *Qui alijs nocent, vt alijs liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ac qui in suam rem aliena conuertunt.* [Cicer. lib. 1. de off.] Si ad Personarum circumstantias, dum munifica fuerit, non respexerit, dicatur largitori, *maiora odia consequeris eorum, quibus ademeris, quam fauores eorum, quibus dederis.* [Sen. lib. 3. de benef.] Addaturq;, *Quidquid contristat, difficulter deletur* (læsus enim in marmore scribit) *beneficiorum verò memoria cum fructu consumitur.* [Herodianus in hist.] Si absque vlla Personarum exceptione munia sua porrexerit, equidem illi, qui hanc exceptionē cuperent, neque grata haberent munera, neque munificū datorem amarent. Si crediderit comunem beneuolentiā hoc pacto lucrari, sanè decipitur, quotiens indignis fauerit, nam tali modo causa efficax extitisset, vt benemeriti indignarentur. Si in prodigalitetem transierit, eius natura, quæ vitium beneficū

Stulti Principum deliciæ. Mart. lib. 8. videtur, nonnũquã fieret sacrilega. Ipsa nãq; esset, quæ Principũ delicias, vt sunt moriones, siue stulti, aut scurræ, mimi, parasitos, adulatores, lenones, cantatores, & cantatrices obscenissimas, & in id genus similia, cumulatissimè foueret, nutriret, sustẽtaret. Ipsa, inquã, in quã rectè inueheretur ille, *Quid stultius quã* (Plin. in Pan.) *quod libenter facias, curare, vt id diutius facere non possis?* Nam nõ ad eam, sed *Ad Liberalitatem*, quam ipsa destruit, *pertinet, vt* (Arist. in moral.) *ita tribuat, vt pauciora sibi non relinquat.* Quæque debaccanti phrenesi, dum bona Principũ depopularetur, simul eos honore spoliaret, adeo vt politicè dici possit, *In indigentia nimia constitutos* (Arist. 4. Polit.) *deiectos nimis animo esse.* Impulitque Tacitum, vt Principes alloqueretur, *Falluntur quibus luxuria specie liberalitatis imponit, perdere multi sciunt, donare nesciunt.* (Hist. lib. 1.) Et alibi huius luxuriæ perniciosissimum crimen, experimentis quotidianis adhuc probatum, hisce verbis detegit, *Erariũ, quod per ambitionẽ exhauseris, per scelus* (Lib. 2. Ann.) *supplendũ est.* Ipsa demũ esset, qua peior fieret Princeps ac si auaritię culpa afficeretur. Quid turpius, quid criminosius auaritia in his qui præsunt? *Nullum est vitium tetrius auaritia, præsertim in Principibus, & Rempublicam gubernantibus, habere enim quæstui Rempub. non modo turpe est, sed sceleratum etiam, ac nefarium.* Scio Philosophum probare, ac definire, illiberalitatem incurabilem esse, nam senectus, & omnis imbecillitas reddere illiberales videtur; magisq; quã prodigalitas hominib⁹ ipsâ eorũ naturâ insita est. Et in fine illius capiti ait, *Merito verò illiberalitas cõtraria liberalitati propterea esse dicitur, quod maius malũ, quam prodigalitas est, magisq; in ea peccant homines quã prodigalitate, de qua superius tã diximus.* Nihilomin⁹ allatæ propositioni respondetur cũ quodam Politico moderno Italo ac magni nominis, qui hoc modo suam sententiam explicat.

Verum prodigalitas sit auaritia criminosior in Principe. Cicero 2. de off.

In 2. 4. moral. ad Nicom.

Tasson. lib. 8. quæs. 33.

Dicerem ipse, inquit, prodigalitatem vitium longe peius ac damnosius auaritia Principi esse. Nã vt possit prodigus Princeps impendere, ac donare, ad media illicita, ac tyrannica proculdubio cogitur recurrere. Hac de re Bians legibus, quas tradidit Brianensibus, iussit, nunquam Prodigo publicum regimen dandum; Prodigus enim, aiebat, aut Regnum destruit, aut Tyrannus euadit. Nec Aristoteles huic doctrinæ aduersatur, cum locis

locis citatis differuerit de priuatis tantum personis, vllum in alios dominium habentibus, ac in ordine ad correptionem, quam, si non admiserit auaritia, admittit prodigalitas. Qua de causa idem Auctor superius dixerat, prodigum auarum simul esse, atque illiberalem. Huic, cum bona sua male ipse consumpsisset, nemo compatitur. Infensiores prorsus prodigalitate extitere Gaius, Nero, Eliogabalus, quam auaritiâ Galba, Vespasianus, Pertinax. Insuper prodigalitas non solum Principi, verum etiam status vtilitati magis obest, quam auaritia. Prodig⁹ enim thesauros ac diuitias Regni cõsumens, passimq; coronę bona oppignerans, sibimet nocet, quia vrgente belli necessitate, quo modo sibi prouideat, nescit, ab omnibus deseritur, atque eandem necessitatem successoribus, qui prorsus omnia exhausta reperientes, vbi se voluerent, ignorarent, derelinqueret. Princeps autem illiberalis, seu auarus, dum thesauros accumulauerit, potest eisdem vti, ac semetipsum defendere, vbi & quando oportebit. Quod si opus non esset, magnum deinceps fundamentum relinqueret successoribus, ne populis dura grauamina imponerent. Affert Auctor exemplum de Ludouico XI. ijsdem verbis Italicis, quibus ipse quoque affero. *Lodouico Vndecimo Rè di Francia stimato Principe Prudentissimo, e si legge di lui, che haueua in guisa ristrette le spese di corte, che si seruiua del Barbiere per Ambasciatore, e del Medico per segretario, e portaua in vn cappello tutto vnto vna medaglia di piombo indorato. E dopò la sua morte fu trouata ne' libri della spesa di casa vna partita di 20. soldi per vn paio di maniche nuoue, messe ad vn giubbone vecchio del Rè, e vn altra di 15. quattrini per fargli racconciar gli stiuali.* Dices: Cæsar, ac magnus Alexander, alijque magis prodigi, quã liberales, eo viuendi modo gloriosa facinora, admiranda sanè, imitandaq; posteris dereliquere. At hæc instantia parum vrget, nam tyrannum fieri aptiorem esse auaritiâ liberalitatem absque vlla hęsitatione affirmandum. Non sic auaritia, quæ, vt status aliquis siue tyrannicus, siue legitimus conseruaretur, melior proculdubio creditur. In bello quoque vbi manubię, multis spoliarum copijs confertæ acquiruntur, ad militum amorem, comita-

Vbi supra.

Exempl. de Ludouico XI Galliæ Rege.

Obiectioni satisfit.

mitatumque seruandum, non solum esse liberalem, sed etiam prodigum necesse est. Vbi vero impensio fit propria *omne fintum ablatione finiti* prodigalitate quamcitius *finitur*. Ipsemet Alexander nec ignominiæ notam aufugit, quandoquidem pro seruitijs nullius ferè momenti nunc illam Ciuitatem, nunc istã Insulam donaret. Et quamuis putarit verbis aliquanto asperis, *Non quæro quid te accipere deceat, sed quid me dare*, excusare excessum, attamen audire statim meruit, *si illum non decet accipere, nec te dare*. Verum Cæsar ad Romæ tyrannidem aspirans, idemque Macedo suorum militum sanguine Asiæ regna nanciscens, vtrique, ad suum finem assequendũ, munera sine mensura exercitibus elargita maximè quidem conferebant. Quemadmodum commemorato Ludouico, statum hæreditarium bene fundatum, ac tutũ Filio relinquere cupienti, certè auaritia magis ac magis opem ferebat, quamprodigalitas. Et ideo optime de dissipatore Vitellio ait Cornelius, *inerat tamen simplicitas, & liberalitas, quæ ni modus adsit in exitium vertuntur*. Ad quem modum respexit illud *Donabit aut bonis, aut ijs, quos facere possit bonos*. Propterea Diogeni primò talentum, deinde teruncium vnum Antiocho expostulanti, respondit Rex. *Talentum plus esse, quam Cynicus petere deberet, denarium esse minus, quam quod deceret Regem dare.* Quotiens ergo ea parsimonia imoderatæ elargitioni opponitur, de qua loquitur Lampridius in Alexandro Seuero, *Quod erat ad aurum colligendum attentus, ad seruandum cautus, ad inueniendum sollicitus, sed sine cuiusquam excidio*, melius quidem est, vt Princeps sit parcus, & illiberalis, quam absque mensura liberalis. Quando autem auaritia iniustitiæ, & crudelitati iuncta est, non dubium, quin ipsa in mostrum non sufferendum vertatur.

Sen. lib. 2. de ben. cap. 16.

Tacit. de Vitellio.

Sen. loco cit.

Ex Plutarcho.

Lamp. in Seuer.

CORONA ex viridi contexta lauro triceps Austria Pietas circundatur, & multa cum ratione. Fuerunt apud Romanos septem generum coronæ, quæ in magno pretio habebantur. Prior ordine, & dignitate alijs longè antecelluit. *Obsidionalis*, eimet immediata, ac sub numero sexto posita, ab obsidione liberatis ex gramine, decerpto inde, vbi ille, qui eam merebat, eo quod obsessos liberauerit, dabatur. *Ciuica* vero Ciui à Ciue in

De CORONA lauri Austriacæ Pietatis capiti imposita.
VII. Coronarum genera.
Corona Obsidion. ex gramine.
Ciuica ilignea & exquercu.

in prælio ab eodem seruato, tanquam testis vitæ, salutisque perceptæ. Eratque primò illignea, postea magis placuit ex quercu, quod ante inuentas fruges arboris eius glandibus homines victitarint. *Muralis* erat, qua donabatur ab Imperatore qui primus murum subijsset, in quam oppidum hostium per vim ascendisset. Hæc corona, ad incitandos ad oppugnationem militum animos, ex auro fiebat. *Vallaris*, quæ & *Castrensis* dicitur, similiter aurea, habens insigne valli. Hac donabatur qui primus hostium castra pugna introisset. *Naualis* quoque aurea quibusdam quasi rostris nauium insignita, illi donari consueuerat, qui primus maritimo prælio in nauem hostium vi transilijsset. *Oualis* myrteta erat, qua vtebantur Imperatores, qui ouantes introiebant Ciuitatem. Inter has omnes vt dixi *Triumphalis* dignior habebatur, cum Imperatoribus post victoriam ad Vrbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat, postea etiam ex purissimo auro fieri cæpta, quod inde quoque aurum coronarium dictum est.

Muralis ex auro.

Vallaris, seu castrensis etiā ex auro.

Naualis aurea etiam.

Oualis ex myrto.

Triumphalis ex lauro, ac deinceps ex purissimo auro.

LAVRVS (domumculæ meæ gentilitium, quo lauri arbor super tres montes plantata exprimitur, Ciuitatisq; Litij, paruæ Neapolis dictæ, *Tafurorum* familia vtitur) plura denotat apud Scriptores. Sed id tantum in hoc loco de ea adnotandum venit, quod argumenti præ manibus habiti exigit ratio. Est ergo Laurus Victoriæ & triumphi signum; vnde Plinius, Laurus Romanis præcipuę lætitiæ victoriarum nuncia, additur literis, & militum lanceis, pilisque. Nam notum est, Imperatores Romanos solitos esse, re benè gesta, literas lauro reuinctas mittere, victoriarumque, & lætitię nuncios, quæ Laureatæ dicebantur, quod in Epistolis ad Atticum, & alibi habetur. Hinc Ouidius.

Familiæ Auctoris stēma.

De lauro pauca.

Plin. lib. 5.

Ouid. de Lauro.

Non ego victrices lauro redimire tabellas,
Nec Veneris media ponere in æde mores.

Constat & illud, Imperatores triumphantes capite coronam ex lauro Delphica siue sterili initio gestasse, postea cum Liuiæ Dru-

Triumphantes lauro coronati.

fillæ ſub Auguſti nuptias in Veientano ſuo ſedenti, Aquila ex alto Gallinam conſpicui candoris ramum lauri baccis onuſtum roſtro tenentem in gremium demiſiſſet illæſam, & conſeruari auem, & ſobolem aruſpices iuſſiſſent, ramumque eum ſeri, & [Villa *ad Gallinas* quæ?] ritè cuſtodiri: Inde tanta pullorum ſoboles genita eſt, vt Tranquillus ad ſua vſque tempora villam eam *ad Gallinas* vocitata atteſtetur. Ex ramo verò tam feliciter Sylua prouenit, vt ex ea triumphans poſtea Cæſar laurum in manu teneret, & coronam in capite gereret. Atque inde Imperatores cuncti mox ominis cauſa laureas decerperent, tradituſque mos eſt, ramos quos tenuiſſent confeſtim eodem loco ſerendi. Auctor eſt Plinius, [Lib. cit. cap. 30.] Suetonius, [In Galla.] Dion, [Lib. 48.] & alij. Adeo verò Laurus triumphantium propria fuiſſe videtur, vt obſeruatum ſit, in huiuſmodi laureto ſub cuiuſque obitum arborem ab ipſo inſitam elanguiſſe. [Prodigium ante mortem Cæſaris.] Ex quo etiam prodigij cauſam intelligat, quod Iulij Cęſaris cędem præmonſtrauit, cum pridie Idus Martias auis regaliolus, cum laureo ramulo Pompeianæ Curiæ ſeſe inferens à varij generis volucribus ex proximo nemore perſequentibus ibidem diſcerpta eſt. [Et in Neronis extinctione.] Nouiſſimo verò Neronis anno, in quo Cæſarum progenies defecit, Sylua illa Veientana radicitus exaruit, & quidquid ibi Gallinarum erat, interijt.

[Laurus cur in triumphis adhibita.] Adhibebatur autem laurus in triumphis, non quia perpetuò vireret, nec quia pacifera eſſet (præferenda enim ei vtrique olea) ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſſo, ideo etiam grata Apollini eſſe crederetur, aſſuetis eò dona mittere iam & Regibus Romanis, teſte L. Bruto. Fortaſſe etiam in argumentum, [Laurum fulmina non attingunt.] quoniam ibi libertatem publicam is meruiſſet lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo: & quia manu ſatarum receptarumque in domo, ſola non tangitur fulmine. Quare pro ſalutis ſymbolo credita inuenimus [Suetonius in eius vita.] Tiberium Cæſarem lauream coronam ſolitum geſtare, præcipuè cum tonabat. Ob has cauſas Plinius credit honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia ſuffimentum ſit cædis hoſtium & purgatio, vt Maſſurius, & Feſtus tradiderunt. Addatur & alia cauſa ex dictis, nempè ob victoriam à triumphantibus reportatam: nam lau-

rum

rum aliquando victoriam præmonstrasse fidem facit ea, quæ in domo Alexandri Seueri iam infantuli nata iuxta persicum arborem, intra vnum annum ipsam Persicum incremento mirabili superauit. Vnde Aruspices futurum prędixerunt, vt puer is olim Persas euinceret, quod euentu postea comprobatum est; sub eo enim primò Persæ serui apud Romanos fuere. Sed pleraq; quæ de lauro enarrantur breuiter complectitur Ouidius in transformatione Daphnes.

Cui Deus, At quoniam coniux mea non potes esse,
Arbor eris certè, dixit, mea semper habebunt
Te coma, te Cithara, te nostræ laure pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis cum læta triumphum
Vox canat, & longas visent Capitolia pompas
Postibus augustis eadem, fidissima custos
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum
Vtque meum intonsi caput est iuuenile capillis,
Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.

Ouidius lib. 1. Metamorph. de Lauro. Sed miras huius plantæ virtutes scribit Plinius lib. 21. cap. 8. Deinde recẽtiores innumeri.

Andreas Alciatus, CAROLO V. victoriam Thunis referenti lauream coronam deberi, quam triumphantes antiquitus gestabant, expressit in illo emblemate, vbi lauri arbor est appicta, addito carmine. Emb. 211.

Debetur CAROLO, superatis laurea Pœnis,
Victrices ornent talia serta comas.

Sed vt verum fatear, aut hic Auctor alioqui insignis famæ apud omnes ob Thuneti victoriam lauream Carolo debendam valdè incongruè cecinit, cum illam ab eo ob illustriora facinora merendam esse ostendere debuisset: aut profectò sub illo enigmate aliquod secretum ab aliis nondum perceptum voluit contegere. Et quidem ipse putarim, simul cun tanto Austriacæ sobolis Cæsare Austriacam Pietatem laureâ coronandam in illa Thuniti expugnatione demonstrare. Carolus enim in eo bello Fide, Religione, ac Pietate quibus pugnauit, vicitq;, Vrbem eripuit Barbarossæ, Ecclesiæ Romanæ sæuissimi hostis, tandemq; suo Regi restituit. Laureata Caroli V. quemadmodũ & suorũ progenitorum PIETAS Archiducibus, Regibus, Cęsarib⁹ in Germania, Anno 1535. Thunis expugnata.

mania, clarissimis coniugijs stirpem Monarcis in Hispania fecundauit. Hæc Pijssima Stirps, laureo serto redimita, lauri symbola posteris vna cum sanguine transfudit. A suis enim initijs vsq; ad hæc tempora instar lauri aduersus impietatis venena efficax est experta, diuino Apollini, nimirum Vniuersalis Gregis Christi Pastori sacra, attritu hostium Ecclesiæ semper Zelo Dei scintillare non destitit. Nunquam Hæreseos fulmina eam tetigere. Vt planta boni genij habita, Poetis datur, vt hi eius encomia modulatis verbis perenni tibia resonarent. Salutis symbola varijs modis exprimit, saluberrima Reipublicæ Christianæ vaticinia prodit, ac victoriæ, & triũphi notas diuersimodè patefacit.

De CAPITE hastæ Pietatis infixo, & eius significatione.

Inter has CAPVT alterum, hastæ Pietatis infixũ, & ab Hydra mystica, in I. Gentilitio appicta, recisum, triplicem victoriam Maiestati tuæ nunc proponit.

AVSTRIA PIETAS,

Matrimonijs fortunata, ac Catholica, in alterum prostratæ Hydræ caput trinâ victoriâ triumphum suum celebrat.

TRia valdè gloriosa, ac omni cõmendatione digna, MAGNA PIETAS Austriaca Austrio generi medijs Connubbijs cumulatissima felicitate adiunxit. Primum est FORTVNA illa, per quã in vtroque Orbe, quod nulli hucusq; contigit Familiæ, vastissimum imperium hæreditariò acquisiuit. Aduersus hanc summam in terris Beatitatem squalida illa Fæmina, quæ vipereas manducat carnes, cuiq; dolent oculi, quæq; suum cor edit, quã macies & pallor habent manuq; spinosa tela gestit (hoc corpus satis cõcinnè Alciatus Inuidiæ fabricauit) armis ferè totius impietatis, multum orbem hodie occupantis, constipata, rabidè adeo semper insurrexit, vt meritò eodem quoq; modo Austriaca Domus visa sit eius persecutionibus, quorum auctor est Satan, constantissimè exposita, licet passim grauibus ærumnijs, & iacturis affecta, quo Ecclesia orthodoxa, ac Romana ipsius tyrannidi reperta est. Rectè Cicero Inuidiam dixit esse ægritudinem animi ex alterius rebus secundis. Cui D. Thomas concordat, inquiẽs, *Inuidia est tristitia de bono alterius, in quantũ existimatur diminuere gloriam propriam.* Hinc

Prima victoria de Inuidia.

Embl. 71.

Quid inuidia ex Tullio 3. Tuscul. cui concordat D. Thom.

Hinc tot exercitus, tot arma, tot bella, tot machinamenta, coniurationesq; inuidarum Nationum in Austriacam Fortunam, cuius infinita bona à Pietate recognoscit, formidolosè coniunctarum, venenatarum cantharidum turmis assimilare par erit. Hi siquidē vermes terreni, virides, ac auri colore superlucentes, quorū succus in venas ingressus, vt venenū interimit, vegeto maximè tritico opulentissimarum Domus Austriacæ diuitiarum innascuntur, & ex eius virtutum Rosis, interquas Fides, Religio, ac Pietas singillatim continuo virore germinant, pulchrè florentibus. Ægrotantur adhuc in peius ex rebus secundis Austriæ Heroum infinitorum pectora. Eius bonis gloriam propriam diminui ipsi existimant, ac propterea incurabili Inuidiæ morbo maximè tristantur. Quæ fœminineo aspectu repræsentatur, nō vt simplex nomen nomini correspondeat, sed vt id vitiū contumeliosum esse demonstretur; vel quod non cadat nisi in animos molles, parumque viriles. Ex omnibus enim vitijs nullū est pigrius Inuidia, hæc in altos animos, amore proximi, cælesti imediatè coniuncti, insignitos, & vsque ad Deum pertingentes, non ascendit.

Liuor iners vitium, mores non exit in altos,
Vtque latens ima vipera serpit humo. Ouid. lib. 3. de Ponto.

Nondum Austria PIETAS hanc horribilem bestiam, quæ adhuc monstrosè sobolescit, vicit; neque vincet, sicut nec dum Tartaream Hydram Ecclesia. Loquor de illa victoria, qua exempli causa non solum aqua ignem alicuius fornacis expugnat; sed etiam extinquit. Vicit tamen (vti & vincere in dies sperat cælica virtute armis suis pugnāte) virulentia molimina ex toto penè terrarum orbe sub eius vexillo collecta. Quemadmodum Maiestati tuæ in prima parte ostensum est.

Id verò, quod secundò multotiens Austriacam Pietatem expugnare tentauit, Pseudopoliticis suadentibus, Ratio status dicenda est. Non illa, quam istinc Ius Diuinum, Christianus cultus erga sacra, nec non & Religio, illinc verò Fides, Iustitia,

ac naturalis Honestas amplectuntur. Sed illa dumtaxat, quæ à nonnullis vocatur forma quædam, ingenijs magnatum impressa, quâ illi plerasque actiones suas ad vtilitatem, & comodum proprium vnicè dirigunt; quibuscumque etiam vijs ac medijs hunc finem assequuntur, diuinis humanisque legibus contrarijs. Ratio status huiusmodi monstrum quodam, excidia statibus indicans, Deiq; maledictiones Rebuspublicis prouocans, dici debet, ab eadem ratione progenitum. Sicut enim natura si propter indispositam, & ineptam materiam enormiter aberret in formatione corporis, monstrum producit: Ita voluntas & cupiditas humana deflectens à rectæ rationis dictamine, sub eius tamen prætextu, hanc monstrosam status Rationem effingit, veluti portentum quodam sanæ rationis. Itaq; vbi altera ex parte minus principali Fide, Iustitia, ac naturali Honestate, absque quibus quodcumque regimen in flagitiosissimam tyrannidem pertransit, recta ratio status conflatur, prius necesse est eam Pietate, ac Religione constitui.

Ratio status pseudopolitica quam impia, ac monstrosa.

Vnde monstri generatio

Pietas fundamentum est omnium virtutum, imò & omnium Rerumpublicarum: Nam Pietate aduersus Deum sublata, etiam societas generis humani, & vna excellentissima Virtus Iustitia tollatur necesse est. Et Religionem Rerum omnium publicarum firmissimam basim esse, ab eaque subditorum fidem in Principes, obedientiam erga Magistratus, Pietatem in parentes, Caritatem in singulos, Iustitiam in omnes pendere, Polybius ipse alioquin atheus profitetur. Quocirca sicut alijs omnibus iuribus præcellit Ratio status, ita vnico Iuri diuino vt subijciatur æquissimum est. Et quemadmodum si particulare bonum & vniuersale bonum inter se concurrant, par est, vt propter publicum bonum priuatum damnũ perferatur. Quarè Iuri Ciuili ius imperandi præcellit: Sic quoties Imperij respectus cum diuino respectu comparatur (hic autem Religio, ille Ratio status dicitur) æquum est, vt Religioni prior locus reuerenter & vltro concedatur. Quodcumque igitur Iuri dominandi liceat, nunquàm vt sacrum Ius conculcet licebit. Deniq; cultu ac Iure dominandi in trutina collocatis, præponderet ille,

Pietas quid ex Cicer. pro Cn. Plantio.

Quid. Religio ex Polyb. lib. 6. de mil. ad domest. disci. quem refert Bod. 4. de Repub. c. vlt.

Semper prior locus in rebus politicis Religionis est dandus.

ille, hoc minoris estimetur. Nec Rationi status accomodare oportet Religionem; sed è conuerso Religioni Rationem status. Quinimò dominandi hæc Iura tantum abest, vt Religionem deprauent, vel Pietati aduersentur, vt potius ei inseruiant: Id enim efficiunt, vt Religio in Republica sarta tecta sit, & ritè colatur. Quare rectissimè apud Romanos Religioni sumum Imperium cessit, omniaque post Religionem ponenda semper ea Ciuitas duxit, etiam in quibus sumæ Maiestatis conspici decus voluit, nec dubitarunt sacris Imperia seruire, ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si diuinæ potestati benè & constanter fuissent famulata. Suma enim apud eos Ratio semper fuit, quę pro Religione facit. Quem morem cum omni æuo Pijssima Domus Austriaca, ex religiosa Romanorũ gente exorta, imutabiliter amplexata sit, semper sedulò ac firmiter studuit, illam Rationem status abhorrere, quæ passim imparia matrimonia, etiam ex defectu credulitatis, ac Pietatis suadent. Quæ res cum mostrosa omninò sit, monstrosa mixta coniugalia, nimirum partim hæretica partim catholica, non sine fidei læsione, ac iactura generat. At de hoc alibi distinctius.

Maximus apud Romanos Religionis Zelus semper viguit.

Valer. Maxim. lib. 1. cap. 1.

In Excur. 2 sect. 2.

Tertiò Austriaca Pietas triumphat in hoc loco de maleuolentia, ac detractione multorum, & maximè adhuc postremo de Hyppolitho (sic voluit scribi) à Lapide, qui omnem virulentiam tot tantorumque Domus Austriacæ hostium vno ore suxit, vno corde seruauit, vnaque lingua, & penna insatiatâ bile euomit. Initialia Sobolis Austriæ connubbia, quorum clarissimam sortem è Pietatis fonte emanasse pro comperto habetur, adeo indignabundus scriptor parui facere contendit, vt præter illa in Gentilitio I. enarrata, & confutata, hæc alia loco citato subiecerit. *Vt ita Domus hæc Austriaca si à Rudolpho vsque Habspurgensis consideres, Imperij beneficio, ex abscuro loco, ac tenuibus initijs, ad maximam peruenit dignationem, & potentiam.* Sed quam falsa hęc sint, ac impudenter prolata, iam fusè ibidem ostendi. Ergo Austriaca Pietas, matrimonijs antequam in rerum natura Rudolphus idem esset felicissima, Serpentinum ac

Part. 3. cap. 1. sect. 1.

perbum Hyppolithi caput, hastæ suæ cuspide postquam iure confixerit, in signum huius tertię victoriæ erigat. Ac triplicem triumphum, quod de triplici hoste in hoc II. Gentilitio explicat, vno triumphali Curru nouo ac sollemni ritu concelebret.

DIVISIO VLTIMA.

TRIVMPHI MAGNIFICENTIA, HVIVSQVE ARCANA QVÆDAM, AD OMNIMOdum Schematis intellectum plurimum conferentia.

DVo inferna sunt, duoque superna, & omnia ad magnificientiam triumphantis Austriæ Pietatis spectantia, quæ in hac postrema Diuisione Maiestati tuę enucleari supersunt. Primum propè Currum ac supra tellurem Herculis comitatum, ab Historicis, Oratoribus, ac Poetis secutum, patefacit. Alterum molem quandam exprimit, è duobus Leonibus, grandem & quadratum lapidem cum inscriptione *super hanc Petram* dorsis sustinentibus,& Ecclesię Romanę armis Gentilitijs compactum. Tertium verò in aere volantem Famam præbet, calamum intra tubæ vexilliolum habentem. Quartum, & vltimũ Sacrosanctam EVCHARISTIAM circumfusis radijs longè, sed propè pulcherrima Iride redimitam,& ab Angelis supra cęlestes nubes patefactam, ac adoratam obijcit.

Hercules, Historici, Oratores, Poetæ.

Circa primum curiosa non minus ac digna visa est mihi sciscitatio quædam, in qua petijt ille, cur Romani Herculis & Musa-

Musarum comune idemque altare effecerat. Olim Roma in quodam delubro super eadem ara Herculem vnâ cum Musis adorabat. Antequam responsum quæstioni afferatur, sciendum, Herculem Iouis & Alcmenæ extitisse filium, qui ob fortitudinem, & gloriam creditus fuit inter Deos esse relatus. Cicero comemorat sex hoc nomine fuisse appellatos: quorum primus certauit cum Apolline de Tripode. Alter, Nilo natus Ægyptius, aiunt Phrygias literas eum conscripsisse. Tertius ex Idæis Dactylis, ipsi inferias afferunt. Quartus, Iouis filius ex Asteria Latonæ sorore Tyri colitur, filiamque habuit Carthaginem. Quintus in India, qui & Belus dicitur. Sextus Thebanus ex Alcmenia, & Ioue tertiogenitus, cui aliorum gesta assignant. Herodotus scribit, Herculem vnum ex 12. Dijs Ægyptiorum, Græcosque ab Ægyptijs hoc nomen mutuatos indidisse filio Amphytrionis. Varro 43. Hercules nominat. Verumtamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrobius asserit lib. 1. sat. cap. 20. Herculem esse Solem, quod ex nominis etymo ostendit, Vultque labores eius 12. nihil aliud quam 12. signa Zodiaci, quę Sol singulis annis conficit, significasse. Et re vera Solis aspectu decepta antiguitas idolatriam peperit. Vbi enim nihil pulchrius, vtiliusq; in conspectu sese daret, Solem ipsum supręmi numinis loco adorarunt. Vbi verò eundem Solem vnicum in diuersis mundi partibus diuersos effectus præstantem contemplarentur, innumeros Deos quibuslibet rebus locisque inseruere. Hinc non ætheri tantum, aeri, mari, terræ, sed & montibus, pratis, syluis, fluminibus, vrbibus, regionibus, cunctisque propèmodum mundi angulis suos tribuere Genios, adeò vt quod olim Maximus Tyrius de Homero, *nullam partem Homero dijs vacuam esse*, dixit, meliori iure de Ægyptijs dici posse, fatetur Kircherius, subditque.

Tass. lib. 9. quæsit. 12.

De HERCVLE pauca.

Lib. 3. de nat. Deorum.

VI. ex Tullio, Hercules.

XLIII. ex Varrone.

Macrobi sententia de Hercule.

Sol Idolatriæ fons, & origo

Locorum præsides Dij vnde.

Maximus Tyrius.

Atque hinc veluti ex fonte promanarunt superstitiosi illi diuersarum gentium ritus, ac in sacris obeundis ceremoniæ. Hinc in Sole innumera falsorum Numinum à diuersis gentibus cultorum portenta sedem inuenerunt, quemadmodum satis

Loco cit. lib. 2. cap. 10.

Nomina quibus diuersę gentes Solem Deum nominant.

superque monstrant monstrosus ille Persarum *Mythras Perras*, & *Nunna* Medorum, Æthiopum *Ammam*, Phęnicum *Beelsemon*, Assiriorum *Adonis*, Babylonicorũ *Belus*, Græcorũ *Apollo*, Arabum *Attullan*, similiaque apud alias nationes monstrifica Numinum portenta, que vnico tetrastico Nunnius in Dyonisio Græcè complexus est. Quæ omnia cum reconditioris sapientiæ Magistri pro diuersis vnius Solis virtutibus effectibusque significarent, vti doctè Iamblichus, Iulianus, & Macrobius testantur, plebs tamen rudior succedentibus temporibus malè ea intellexit, vt deinceps diuersarum passim fabularum, Deorumq; ac Numinum fabricandorum originem præbuerint. Hinc omnis gentilitatis error, figmenta Poetarum, diabolica sacrificia, & imolationes sacrilegę. Hinc Isiaca, Adonia, Ithyphallia, Pamelia, Omophagia, Passinuncia, Mythriaca scelera, non sacrificia, scaturigimen inuenerunt. Hinc Ægyptia Tellus animalia, & monstrosa omnis generis portenta lalarijs suis coluit, & adorauit. Quidquid colore, sapore, figura, actionum adhæc, atque operum similitudine Solis opera, virtutesque referebat, veluti Solis filium, animatamque eius effigem, teste Eusebio, colebant, & sanctè venerabantur. Hinc Solares Angelos, animalia Solaria, Solares herbas, plantasque, lapidesque, & metalla Solaria cultu quodam præ cæteris singulari prosequebantur. Hos Dæmones seu Spiritus Solares varijs cantibus, adiurationibus, ac necromantibus quibusdam figuris prouocabant in Idola, à quibus responsa accipiebant, vt ex Mor Isaac clarè liquet, in horum etiam virtute, teste Proclo, diuinationes & rerum futurarum euentus colligebant; horumque imaginibus magica methodo adumbratis, amuletorum phylacteriorumque loco vtebantur, omnia ijs morborum genera, ac infelicitatem omnem pelli arbitrabantur: figuras magicè adumbratas saxis, & lapidib' insculpebant ęternitati, credebãt iuxta illud Lucani.

Sacrificiorũ nomina.

Ægyptus monstra cur coluerit.

Dæmones Solares.

Mor Isaac cap. 6. ser. 5. M. S. Syriacum.

5. Satyr.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat, & saxis volucresque, feræque
Sculptaque seruabant magicas animalia linguas.

Et

Et licet (iam redeo ad inceptum iter) multi fuerint Hercules, qui varijs temporibus floruerunt, omnes heroica virtute rerumq; gestarum magnitudine insignes, tamen huic Soli, qui Sol essentiâ, & similitudine creditus est, reliquorum omniũ labores tribuuntur, quorum quando nusquam non mentio occurrit, visum est celeberrimos aliquot subijcere. Qui labores seu victoriç, sub duodenario numero contenti alij ad mores hoc modo transferunt. Vir fortis instar noui Herculis Centauros semihomines carnaliũ affectuum virtute animi mortificat, atque interimit, superbiæ iræque Leonẽ vera domat mansuetudine. Gulæ, gloriæ vanæ, nec non & Inuidiæ Cerberum vi contraria ligat; Hortum Hesperidum spoliat, Dracone interfecto, cum virtutum fructus vt capiat, vitiorum aufert impedimenta. Hydram perdet, dũmodo quidquid pacem tollere potest, euitet. Archeloum filiũ Thetidis capiet, quotiens occasiones vitiorum studiosè declinabit. Cacum occidet, Malitiam voluntatis virtutum studio in bonum inflectendo. Diomedem necabit, iustitiam vendicatiuam in delinquentibus seruando; Anthæum Gigantem vincet, libidinem velut pestem fugiendo, Aprum Chelidonium interficiet, Virtutis constantia omnes difficultates superando. Gerionem bicipitem canum tollit, terra marique animi magnitudinem probando. Athlantem iuuabit, literatam virtutem sũmo studio amplectendo.

Herculis victoriæ 12. ad mores translatæ.

Animaduertendum pariter, quod de Musis discors est opinantium mens. Alij tres tantum eas esse contendunt, Cæli terræque filias dicunt, ob trichordum ab ipsis inuentum, quod imam, mediam, & supræmam continebat, quibus nil aliud nisi triplex Mundus elementaris, Æthereus, & supercælestis, vt Plato docet, indicatur. Alij IX. à Ioue & Mnemosyne congenitas scribunt, de quibus Ouidius V. Met. qui à matre Mnemosydas eas appellat. Diodorus verò celeberrimè eas interprętatur, quasi eorum quæ ad musicam artem spectant propria vnicuique scribens officia. Homerus quoque incredibili eas cele-

Variè scriptores de Musis loquũtur.

Musæ vnde sic dictæ.

celebritate prosequitur. Dictæ verò sunt Musæ, eo quod bona, & vtilia homines ignorantia laborantes doceant. Nam cum Iuppiter nihil aliud sit, quam Pater & anima Mundi, reliquæ verò Stellæ, seu Planetæ, aut etiam elementa eiusdem veluti censeatur filij & filiæ, Apollo autem primogenitus Iouis filius, Sol nimirum, rector, ductor, & gubernator sit filiorum, seu stellarum, & elementorum; sapientes antiqui sub obscuro fabulæ tegumento de Musis à Ioue progenitis, & ab Apolline ductis, totius naturæ coniugium, eiusque concentum admirabilem insinuare voluerunt. Ex cuius frequenti contemplatione, ac curiosa inquisitione tandem artes prodierunt, seu Musæ, vti Astronomia, Geometria, Arithmetica, Musica, Rhetorica, Dialectica, &c. Quæ sunt veluti filiæ quædam memoriæ, & imaginationis. Fulgentius verò nouem Musas doctrinæ, & sapientiæ dixit repræsentare modos. Vnde iuxta allegorię leges *Vrania* humanæ intelligentiæ sublimitatem denotat, *Polyhymnia* capacitatem memoriæ, *Euterpe* voluntatis oblectationem, nam intelligentia memoriæ iungitur, & voluntati. *Erato* amabilitatem, nulla enim re voluntas plus delectatur, quam similium collatione, hoc autem sine profunda cogitatione fieri non potest, ideo subsequitur *Melpomene*; huic verò *Terpsicore* quasi artium delectatio associatur; cogitationum enim perfectio sine disciplinarum perfectione fieri nequit. His omnibus omnis humanæ locutionis venustas gignitur, quæ *Calliope* dicitur; indè *Clio*, hoc est, bona fama nascitur, sub qua *Thalia*, quæ in vltimo loco posita est, nempè germinatio Virtutum, omnis enim virtus per pulchram appetitus famam & gloriam, ideoq; albo alite, id est Cygno sustollitur, stagnisque mox deponitur, quia gloriæ, & famę bonæ semina in altũ & sublime elata, dein per humanũ, scilicet inter mortales & ora hominũ disseminantur, & diffunduntur. Iuxta Fulgentij itaq; considerationem vti scientiæ atq; disciplinæ, ita Musarum munere perquiruntur, vt velle, delectari, insistere, capere, memorari, inuenire, indicare, eligere, pronunciare quocunque dicendi, seu scribendi genere,

Lib. 1.

Sapientiæ rationes denotant IX. Musæ.

ad

ad quod musices, poesis concentibus efformata, Oratorum eloquentia, ac memoria publica, siue rerum veterum, Historia dumtaxat pertinent, successiuè, & necessario quadrare cognoscuntur.

His ita præhabitis, duplex responsum questioni afferam. Primum ex Plutarcho, qui huius rei rationem perquirens, credidit, Herculem, secundum Iubæ sententiam, Euandrum literas docuisse: mos enim docendi literas amicos affinesque tunc erat. Verum cum Hercules literarum professor nequaquam extitisset, quin potius hebeti ingenio, veluti vt plurimum robustis hominibus contingit, aiunt, quadam die ira magna permotum in suum magistrum Linum adeò furenter ac inumaniter irruisse, vt vna Cythara, multis lignis ponderosè compacta, & ex eis, quibus ætas illa vtebatur, occiderit. Quapropter alio modo Tassonus respondet. Inquit enim, propterea Romanos Herculem Musasque simul super eodem altare posuisse, ac simul coluisse, vt Sympathiam magnam, magnamq; conuenientiam, quam habent inter se Heroica Virtus, & Poesis, cum vtraque propter vtramque vicissim excellat, admireturque, demonstrarent. Quam sententiam desumpsit ex Francisco Forciuolo, viro in omnium literarum genere eruditissimo, sibique patria & amicitia coniunctissimo. Hic auctor in diuersorum Panegyricis citans in hac re Eumenium *Pro scholis restituendis*, hæc ab eodem verbatim decerpta subdit. *Ædem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fuluius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit: non id modo secutus, quod ipse literis, & summa Poetæ amicitia duceretur, sed quod in Græcia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetem esse comitem, ducemque Musarum. Idemque primus nouem signa, hoc est, IX. Camænarum ex Ambraciensis oppido translata, sua tutela Fortissimi Numinis consecrauit, vt res est: quia mutuis operibus, & præmijs iuuari ornarique deberent; Musarum quies defensione Herculis, Et Virtus Herculis voce Musarum, &c.* Quæ Musarum quies in antiquissimo illo Spartanorum more, vnde sacrificare Musis, antequam ad prælia descenderet, Rex ipse cogebatur, pulcherrimè elucet. Quod si id alijs insolitū, & satis superque indecens

Responsio duplex ad quęst.

Plutarchus reijcitur.

Hercules magistrum Linus cythara interficit.

Eumenius pro scholis restituendis.

Hercules Musagetes qui.

visum sit, Eudamidas tamen Archidami filius valdè dignum, valdèque rationi consonum existimauit. Ipse nanque dum magno studio, vt par erat, incumberet, vt rebus clarè gestis magnum nomen sibi compararet, à Deo vehementer expostulauit, vt felicibus suorum facinorum exitibus aliquem concederet, qui eos calamo adnotaret, moxque libris posteritati derelinqueret. Etenim quamuis victorias obtinere, militum, vi bellica præditorum, opus sit, eas tamen in omnium sæculorum prospectu obijcere, eruditorum beneplacito, qui eas aut Historici explicant, aut Poetæ canunt, aut Oratores amplificant, derelinquitur. Nullam Achilles maiorem fortunã inuidit Alexandro, præter illam, quà Homerum adeò suæ famæ propitium adinuenerit. Eosdẽ Herculis labores, ni inter Musas locum sibi daretur, vimque, ac munificentiam hæroicam, quibus scriptorum pax allicitur, animatur, quis mortalium vnquam sciuisset, si tot tantaque ingenia minimè ea enarrassent, canerent, atque extollerent? Quanti Hæroes, Agamennoni, Aiaci, Vlixi, Nestorique comparandi, inter Parthos, Persas, Indosque generosè vixere, quorum memoria, vt perennaretur, non secus ac illa hominum vilium socordiumque propter scriptorum defectum perijt omnino? Vnde Horatius, *Vixere fortes ante Agamennonã multi; sed omnes illacrimabiles vrgentur, ignotique longa morte, carent quia vate sacro.* Quibus concordat ille, *Eorum qui ea fecere Virtus tanta habetur, quantum verbis eam potuere extollere praclara ingenia.* Eadem prorsus vis inuenitur quoque in aliorum scriptis, vt quodlibet illustre facinus possit ipsis perpetuò obscurari, extingui, quotiens eorum Musæ deridentur, inquietantur, persequuntur, sicuti accidit Iustiniano, cuius nomen alioqui incomparabile indignãti Procopij atramento denigratum, ignominiosum hucusque euasit.

Nota.

Horatius in od.

Salust. initio Coniur. Catil.

Ex P. Caussin. in aula sãcta.

Moles, ante Currum Triumphalem erecta: Nec non & calamus vexilliolo Famæ insculptus.

Moli-

MOlibus, Statuis, Colossis, Pyramidibus, Obeliscis, Columnis, ac rebus similibus semper Mundi fastus, ac pompa suorum Magnatum, Heorumq; potentiam, magnificentiam, gloriam, celebrauit; nec non & arcana quamplurima, pluribus ignota, & à paucis intellecta explicuit. Tanquam in diuersorũ Theatrorum apparatu humani generis historiæ, & res gestę sæculis fuerunt exhibitæ. Ab orbe condito vsque ad diluuium nulla posteris rerum à primęuis illis Mundi hominibus gestarũ notitia, nisi quam Sacri nos Codices docent, relinquitur. A Diluuio autem vsque ad Olympiadum initium Deorum Dearumq; fabulis ita omnia confusa reperiuntur, vt neque in his quicquam sit, quod sibi perfectè, & exactè correspondeat, & nonnisi analogica quædam lux scriptoribus veritatis rerum inuestigandarum desiderio accensis effulgeat. *Pulchra distinctio à Kirch. desumpta.*

Ab Æleçorum Rege Iphito Olympiadum Auctore ad sequentium sæculorum successionem tam exacta temporum descriptio, tam distincta rerum in orbe gestarum notitia exhibetur, vt de rerum ab Historicis traditarum veritate nullus amplius dubitandi locus reliquus esse possit. Quidquid tamen hæc trium sæculorum prodiere interualla, ad ea magisterijs conspicuis sensibiliter comonstranda, quæ præcipuo merito insignita erant, ac propterea digna, vt admirationem posterorum in omni æuo sibi conciliarent, fuit passim rarum, incomparabile, ac incredibilibus expensis elaboratum. In Vrbe Siri Ægyptij complures colossos memorat Herodotus, præcipuè inter eos vnũ iacentis specie cubitorum 75. sed de ornatu eius nihil meminit. Plinius inquit, *fuit in eadem Vrbe Rhodo alij hoc* (de quo superius in priori parte) *minores Colossi 100. numero, qui vbicumque singuli fuissent nobilitaturi locum. Fuit & alius in Italia in Bibliotheca Templi Augusti pedum 50. à pollice, dubiumque fuit, an ære, an pulchritudine esset mirabilior. Alium fecit nostra ætate Zenodoras Mercurio facto in Ciuitate Galliæ Aruernis per annos decem, omnes amplitudine statuarum eius generis vincens, pedum 400. immani pretio, Romamque accitus à Nerone Colossum fecit 60. pedum longitudine.* Hactenus à Plinio, sed & Eusebius Cæsariensis in Chronico *Herod lib. 2. cap. 12.* *Lib. 34. cap. 7.*

 sub

sub Vespasiano Colossum pedum 107. Romæ erectum tradit, vt subscribit etiam Cassiodorus in Chronico. At in Regno Pegu Indiæ Orientalis Colossi plures admirandæ altitudinis extãt prorsus laminis aureis contecti, capitibus diademata gestantes prætiosissimis gemmis exornata, at proxime eos extant sedes (vnde gentis leges promulgantur (præaltæ velut nobis ambones, suntque prorsus aureæ, vt tradit Ferdinandus Mendez añ Domini 1554. Aurum autem, gemmæ, & quidquid in ijs Colossis compertum est, nulli proficit, nisi ad hominum perniciem, fouendæq; Idolatriæ. Stultitiam quoque ex statuis Idolatrarum animaduertimus, & quas illi magno sumptu egerunt, velut perpetuò duraturas, eas Christiani solo habitu demoliti sunt. Nam præter alias S. Procopius in Cæsarea in Peneade 30. statuas solo crucis signo destruit. Præter id quod sæpè vel ipsis viuentibus, cui dicatę fuerant, dirutæ memorantur. Trecentę enim statuæ Demetrio Phalereo honoris causa erectæ, ipso adhuc viuente, subuersæ omnes, sublatæque sunt, vt Plutarchus in Politicis memorat. Illud enim perspicuum est, omnia quæ fiunt, viuentium esse doctrinam. Miris enim modis loquitur Deus, docens humanum geuus, quandoq; rerum euentibus assuetis, quandoq; etiam prodigiosis contingentibus, vt norint homines omnia cęlesti Numine gubernari. Nam cũ Theodorici Gottorum Regis exitus ille infelicissimus iminneret, vel ipsa muta saxa loqui quodammodo visa sunt. Bellisario etenim eodem aduersus Gottos bella gerente, sub Iustiniani Imperio Neapoli admiranda res contigit. Theodorici enim Gottorum Regis in foro ipso imago erat lapillis sectilibus, quadratisque varioque colore infectis composita. Huius imaginis caput adhuc Theodorico supestite, nescio quo casu defluxit derepente, & sua sponte depulsa lapillorum compage, vnde mox subsequutum, vt Theodoricus vitam finiret. Post annos deinde octo lapilli, qui imaginis eius ventrem effigiabant, quoniam eundem in modum protinus excidissent, Athalaricus Theodorici ex filia nepos fato suo defungitur. Paulo post labentibus circa pudenda lapillis, Amalasiuntha Theodorici filia ex humanis ex-

Metaphr. Lipp. tom. 6. fol. 5.

Maiol. coll. 4. ex Procopio Gott. bell. lib. 2.

Exitus Theodorici Regis infelicissimus ex statua præmonstratus.

excessit. Gottis autem obsidentibus Vrbem, à femoribus ipsis ad imos eiusdem imaginis pedes lapillorum compages omnis dilabitur, & imago tota ex pariete penitus aboleuit.

Molem, quam ipse, honoris causa, & magnificentię, Austriæ tuæ Pietati, ò Rex, medijs marrimonijs, ab Historicis, Oratoribus, Poetibusque perpetuo celebrandis, pluribus modis (vti paulo ante Maiestati tuæ ostendi) ac victorijs triumphanti, instar monumenti, tanto tempore duraturi, quanto & eadem Pietas, neque generis extinctione vnquam exstinguenda, durabit, rationabiliter erexi, nullam præsefert vanitatem, nullam superbiæ ostentationem. Super duorum Leonum terga ipsam humiliter assurgere, rebusque, quibus eam cōponi feci nobiliora aperire secreta, & longè illis vtilia, quę rudis quædam moles seu statua marmorea in Apulia ante annos abhinc 600. & amplius miruminmodum aperuit. De hac ferunt, quod cum muta res esset, adeò egregiè locuta est, vt aurum, quod ipsa non haberet, in vsum hominum indicauerit, è seruitute in libertatem reuocans homines, eius tempora ex ære circulus ambibat ijs inscriptis literis. Kalendas Maij ex oriente Sole, aureum mihi caput erit. Quid nam id portenderet, Saracenus quidam, Roberti Guiscardi captiuus interpraetatus est. Quum Sol ad præscriptum terminum peruenerit, si quis statuæ vmbram aduerterit, quo capitis vmbra pertigerit, ibi thesaurum depræhensurum. Neque interpetrationem euentus fefellit, nam Kalen. Maij magna auri copia comperta est defossa, vbi capitis vmbra Sole oriente pertingebat: seque ea pecunia Saracenus à captiuitate redemit.

Æquiparantia excessiua, & valde congrua.

Euentus admirabilis cuiusdam statuę in Apulia.

Segeb. ad añ. 1038. Vinc. hist. lib. 25. c. 17. Bonf. dec. 2. Plat. in Leone X.

At Thesaurus, quem Moles mea hic, concinnis mysterijs absconditum mortalibus nunc prodit, nullis corruptibilibus licet quantumuis preciosis rebus æquiparandus est. Tribus partibus ea conflatur, nimirum fundamentali, media, ac suprema. Prior habet duos Leones, secunda Ecclesiasticæ Monarchię basim, tertia verò arma Gentilitia Romanæ sedis, in quarum clypeo illa quoque videntur, quibus nobilissima Familia

Molis inhærenti enucleatione explicatio.

lia Ghisia *Alexandri VII.* Senensis, Fabij antea vocati sumè hodie exornatur. Christus Dominus duplex Leo dici potest ratione vtriusque naturæ, propter quam primum fundamentum Ecclesiastici ædificij ipsum scripturæ, & Patres constituunt. *Qui Domino adhæret* Fide, Religione, Pietate, *vnus spiritus est cum eo*, Apostolo teste. Fortitudo, & regia Maiestas Perleoniæ Familiæ Habsburgicæ, quę in hęreditario Insigne duos Leones (veterum scilicet, & nouum) explicat, nonne ab initio sui esse tam Romę, quam Germanię & alibi indissolubili Fidei, Religionis, Pietatis, amoris, & Charitatis ligamine Iesu Christo, eiusque in terris Vicarijs, ac Sponsæ Ecclesiæ iuncta visa est? Nonne insuper imperare, regnareque monarcicè incipiens, ac nobilitate, potentia, & rerum copia omnes ferè totius Orbis terrarum Stirpes antecellere, dicto ligamini strictioribus vinculis copulata constantissimè reperta est? Hanc ergo plurium sęculorum experimentum coniunctionem indubitanter hucusque comprobans, Codex sacer etiam testatur, Leonum Habsburgicorum Austriacorum duplicem spiritum vnum spiritum esse cum duplici Christi Leone propter comemoratam cohęrentiam. Ac proinde mysticam D. Petri ingentis magnitudinis, ac ponderis rupem, dictum robur participans, (*tanta enim diuinitus soliditate munita est, vt eam neque hæretica vnquam corrumpere prauitas, nec pagana potuerit superare perfidia*) cum eo simul firmiter reggit, ac sustinet. Etiam euentus haud pauci id luculenter vsq; ad hæc nostra tempora probauere, nam vbi Austriæ Pietatis regimen aliquando defecit, corruit partim Ecclesia, ictibus vel impietatis, vel hæresum, vel Tyrannidis barbaricè adorsa, ac radicitus conuulsa.

1. Corint. c. 6.

Contemplatio mystica, ac verè pia, & sacris paginis accommoda.

Notanda Conclusio.

D. Leo Ser. de SS. Apost. P. & P.

Igitur constans manebit Petri Petra, in quadro veluti cælestis Hierusalem ratione eius stabilitatis posita, super quam Ecclesiæ ædificatio firmiter eminet, & cum ea simul Pontificalis auctoritas, tanquam immobile atque in expugnabile sustentaculum Austriacam Pietatem sibi aliquo modo copulans. Neque superstes Christi Vicarius, qui in Catholicum Romæ ouile per hostium, Vrbe, & Orbe collætantibus, anno præterito 1655. intrauit,

Ciuitas in quadro posita. Apoc. c. 21.

trauit, minori studio, quo eius prædecessores quamplurimi magnoperè satagerunt, vt hanc vnitatem magni facerent, curabit pari conamine hoc in negocio se gerere. Scit enim *Sanctitas sua*, verum esse illud, *Quisquis huic sedis Principatum existimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiæ suæ, semetipsum in inferna demergit.* Quod sanè non de dignitate quantum ad vtrunque effectiuum regimen, spirituale, ac temporale videlicet, sed de ea quantum ad essentiam, debitum, & habilitatem intelligitur. Propterea quod *Ad Romanam Ecclesiam,* ait Irenæus, *propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam: hoc est omnes qui sunt vndique fideles.* Adeoque huiusmodi Conuentus fidelium, inter quos Principes verè Catholici, verè Pij, quemadmodum semper Austriaci Proceres extitere, est necessarius, vt potentior hæc Romanę Ecclesię principalitas sine ipsis multo cum præiudicio capitis aliorumque viciorum membrorũ debilitetur, diminuaturque. D. Leo ad Episcop. Viennensis Prouinciæ.

Venio nunc ad CALAMVM, per aerem à Fama sublatum, quæ comet vehitur, vti ipsemet eàdam, quemadmodum de Virtute heroica, & de Musis dictum est. Multa de hoc admirando instrumento, quod CALAMVS voce comuniori (in quantũ inseruit ad effermandos characteres) vocitatur, historici tradidere, ea tamen ad trifariam enarrationem breui quidem scriptura reduci possunt. Cum sit antiquitate temporis, ac Personæ valde nobile, varietate materiæ comodum, vtilitate rerum multarũ vnicũ. Antiquitas temporis, & Personæ concedenda est Calamo à primeua ætate antequam Mundus omnis aquis diluuij submergeretur, & ab ipso quoque Protoplasto. Tunc nanque scripturę, & literarum vsum fuisse ostendit vnanimis omnium ferè Latinorum, Græcorum, Hebræorum, Chaldæorum, Arabum, Samaritanorum, Æthiopum, Ægyptiorum consensus. Quod duplici argumento probare possumus, vnum desumptum ab historia, alterum verò à ratione. Et quidem quãtum ad argumentum historicum, extitisse Adamum vti literarũ inuentorem ita & librorum scriptorẽ apertissimè Suidas tradit. De Calamo nonnulla.

Huius, inquit (hoc est Adami) *sunt artes, & literæ, huius scientiæ rationales, & non rationales, huius prophetiæ sacrorumque operationes, huius leges scriptæ & non scriptæ, huius inuentiones.* Cui Hębręi asti-
Gen. c. 5. pulantur, qui in illud Genesis, *Liber generationum Adam*, comendantes plerique librum Adamo à Deo dictatum interpretatur. Rabboth ex traditione Rabbinorum suorum asserit, *Adamum*
Cmment. in Genesim. *composuisse librum præceptorum, quæ Deus ipsi dedit in horto Eden.* Quis autem extiterit hic liber, quid continuerit, quibus paginis compactus fuerit, qua lingua, quo instrumento, & quotis literis exaratus, potest singillatim disci, relictis multis alijs Hæbręorum doctoribus, ex Rabbi Tanako, & etiam ex Arabica tra-
Rabbi Tanakus in Rabboth. ditione nonnullorum. Ille dicit, fuisse librum, in quo omnia à principio mundi vsque ad consumationem eius explicarentur, & in virtute eius filios Adam, Seth & Henoch prædixisse diluuiũ, & in illo, vti Zohar quoque innuit, continebatur, quod non venturus sit Rex Messias, donec omnes, quę in mente Creatoris conceptæ erant crearentur animæ. Hi subdunt, suntq; Abulhessan, Mahumed Abn Asdalla Elhessadi in Historia Saracenica,
In M. S. hist. rerum, ab orbe gestarũ. *Deinde tradidit ipsi Deus*, (scilicet Protoplasto) *12. paginas sibi exaratas, & incisas literis: fuit hic primus liber, & prima lingua conscriptus; continebat autẽ præcepta, traditiones in generationes secuturas, & interpretationem literarum, pacta, statuta, & promissiones, & historias mundi totius exhibebat, & repræsentauit Deus excelsus in hisce generationes hominum singulas, & figuras eorum, & directiones eorũ cum Regibus eorum, cum omnibus & singulis, quæ in terra generentur vsque ad cibos, & potiones. Deinde cum Adam vidisset in hisce ea, quæ filijs suis debebant accidere, fleuit planctu magno. Tunc præcepit illi Deus, vt scriberet ea calamo, & accepit pelles ex pecoribus, & præ-*
Loc. cit. lib. 1. cap. 1. *parauit ipsas vsque dum fierent alba, & scripsit in eis 19. literis.* Ex qua sententia, cum textu Arabico à Kircherio allata, exordia, & initia aliquarum rerum intelligi possunt secundum ea, quæ ad librorum compositionem, & scriptionem pertinent. Vt essent exempli causa, lingua, subiectum, genus, instrumentum, materies, & literæ, & similia. Prima ergo lingua, quâ scripsit in primo Mundi libro Adamus fuit Hæbræa.

Pri-

Primum subiectum ferè id totum compræhendit, quod totum hominem varijs modis respiciebat. Primum genus fuit mixtū ex historia, chronologia, Genesi, Politica, Oeconomia, prophetia, & cætera huiusmodi. Primum instrumentum fuit Calamvs, qui licet ignoretur, ex qua materia constaret, posset tamen verisimiliter excogitari, quod fuerit ex aliqua firma Alitis penna ab alis eius detracta, vel saltim ex subitiliori ac delicatiori arundine. Sicut enim Adamus adinuenit membranas, vnde suum librum confecit, vt in eis ex Dei iussu omnia supradicta scriberet, ita quoque coniectandum, Deum ipsi huiusmodi calamum tanquam aptiorem ac faciliorem ad characteres in membranis efformandos ostendisse. Prima materies, in qua totam illam enarrationem Adamus posuit, fuit, vt dictum est ex membrana, 50. paginis distincta ex Geraldini sententia, Materiem verò, ex qua conflandæ erant literæ, certò tenendum fuisse colorē. Num verò color iste niger, vel rubeus, vel cerulæus, vel croceus, &c. extiterit (his enim colorib⁹, siue coloratis succis in pellibus ex pecoribus scribi potest) res est omninò incertissima. Mihi tamen persuadeo, Adamum, in quo scientia rerum comemoratarum, ac etiam aliarum plurimarum, à Deo sibi infusa inerat (etsi post lapsum non ita perspicax) atro colore (qui nobis hodie est atramentum, cuius duo sunt genera, scilicet Scriptorium, quod & Librarium dicitur, quod librarij in transcribendis libris vterentur; at Tinctorium, à tinctorijs, quo pictores vtebantur. Est & Suetorium atramentum, quod in conficiendis pellibus sutores coriari vsurpant, vulgò à vitri similitudine Vitriolum dictum) ac simul purpureo illa ordinatè, variè, ac distinctè composuisse. Nam hoc modo potuit Adam nigro colore facillimè membranas exarare; rubro verò, quo fortassis capita, argumenta, titulos, paragraphos, &c. separata à textu, ac primùm attulit, debuit operis nobilitatem posteris suis ostendere. Primum supponitur vt verum ab experientia. Secundum propter excellentiam Personæ scribentis congruum; quod ita probo.

Ciuile ius comunem abusum, seu corruptelam illorum tem-

Aliquorum primordia in ordine ad librorū scriptionem.

Cuius materiei fuerit Calamus, quo suum librum Adam composuit.

Qualis prima succi materies ad efformandas literas.

Quotuplex atramenti genus.

Scripsisse Adamū atro, ac rubro atramento librū

suum Auctor verisimiliter ostendit.

tēporum, in quibus ferè omnes etiam plebei, ac idiotæ colorib⁹ purpurinis characteres depingebant, seuerè prohibuit. Quinimò Imperator Leo capitalis supplicij, tanquam exoptatæ tyrannidis conuinctum reum declarauit quemcumque, exceptis tantum Regibus, qui rubro atramento scribere ausus esset. Ratio huius esse potuit, vel quia purpurea scriptura nulli quidem conueniens erat, nisi pallio purpuram deferenti, vnde *Purpurei* Reges vocitabantur. Vel quia colore isto, Victoribus solùm debito, triumphantium frons antiquitus tingebatur. Vel quia hic color diuinus esset, qua de re falsorum Numinum gena eo in publicis sollemnitatibus pingebant. Vel demùm propter cũ humano sanguine similitudinem, cum nullo modo illis eum effundere super voluminibus liceat, qui ex tribunaliũ sententia ipsumet effundere auctoritatem non habeant. Hinc multa cum prudentia diuersorum rescriptorum Codex mandauit, proprium magnanimorum Imperatorum atramentum purpuram esse debere; & hisce grauibus, sacrisque verbis valdè propriè, ac eleganter expressit. *Sacri affetus quoscumque nostra mansuetudinis in quacunque parte paginarum scripserit Actoritas, non alio vultu penitus ac colore, nisi perpetua tantummodo inscriptione lustrentur, scilicet vt cocti Muricis, & triti conchilij ardore signentur.* Scripsit Leonida famosam illam Victoriam, quam de Persianis felicissimo euentu obtinuerat, & vt historiæ enarratio magis ac magis propriâ excellentiâ clarescceret, *sanguine, qui ex vulneribus manabat pro atramento*, non autem atramento, quod pro sanguine est sepijs, vt Plinius dicit, *vsus est* Adam ad Dei Imaginem, & similitudinem à tota Trinitate creatus, ac donis supernaturalibus, naturalibusque miro modo superfusus, & cumulatus, Regiâ, ac Monarchicâ potestate, vt subijceret sibi *terram*, & dominaretur *piscibus Maris, & volatilibus Cali, & vniuersis animantibus, qua mouentur super terram*, insignitus fuit. Victor sui extitit, ex quo, prauam retractando voluntatem per pænitentiam, culpam fletu deleuerit, ac perennem Verbi Diuini, in plenitudine temporis Carnem nostram assumpturi, triumphum de Mundo, de Morte, de Dęmone è Cę-

Var. Rescript. Codex.

Stobeus de Leonida.

Plin. lib. 9. cap. 19.

Gen. cap. 1.

Adam primus totius Mundi Princeps.

Sui ipsius victor flendo culpam.

lo

lo auſpicatis ipſius criminis clamoribus illicò accerſijt. Quare hic primus totius orbis terrarum Princeps, ac proprij ſceleris debellator hoc rubro colore ac diuino diuinum illũ librum, cæleſtibus oraculis repletum, tam reſpectu ſuæ perſonalis excellentiæ, cui licebat, quatenus opus eſſet, ac ratio vrgeret, pœna capitis caſtigare ſubditorum delicta, qnam reſpectu dignitatis operis, partim componere; illiſque literis 29. paginarum numero correſpondentibus, ſcribere. Quæ literæ à primæua illa efformatione Hæbraicæ linguæ, qua tã *primus Homo de terra terrenus* loquebatur, quã deinceps *ſecundus homo de cælo cæleſtis* loqui debebat, & qua principaliter Beati ſunt allocuturi, equidẽ conformabantur.

Potuit iuridicè capitali pœna damnare criminoſos.

Primi characteres ab Adamo effecti fuerunt 29. & hæbreo idiomate efformati.

Adami calamus, huiuſque literarum, ſcriptioniſque inuentio ad Sethum, qui fuit à Patre inſtructus & cũ eo Propheta, quemadmodum & eius filij, deuoluta ſunt. Sethi libri etſi inter apocryphos numerentur, ingens tamen horum librorum fama per omnia Authorum monumenta volans, illum aliqua iuſſu Patris ſcripta reipſa tradidiſſe, veriſimile eſt. Scripſiſſe autem illum libros ſeptem, recitat Epiphanius. Atque à Groſticis Sethienis Archonticis falsò ſuppoſitos eſſe probat. Occaſionem autem huius figmenti accepiſſe videntur ex eo, quod vt refert Ioſephus antiqui filij Seth ſideralem ſcientiam ad celeſtiũ rerum cogitionem excogitarunt; & cum ſcirent prædixiſſe Adamum duos vniuerſales rerum interitus, alterum incendium, alterum diluuiuo, veriti, ne inuenta ſua prius perirent, quam pernoſcerentur, excitatis duabus columnis, vtrique ſua inuenta inſcripſerunt: Vt ſi lateritiam diluuio deleri contingeret, lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi copiam faceret, & illa ex lapide per ignem pereunte, laterita reſtaret. Has refert Ioſephus ſuis adhuc temporibus in Aſia extitiſſe. Ex quo apparet filios Seth ferreo Calamo, ſeu ſtylo illam diſciplinam in columna lateritia, in marmorea verò ſcalpro exaraſſe. Auctor operis imperfecti meminit cuiuſdam ſcripturæ Seth de Stella apparitura in ortu Meſſiæ. Porto impius Cham in malum vſum calamũ vertens, res piè traditas ab Adamo ad Sethum, & ab iſthoc

In primo Panarij.

Lib. 1. Antiquit.

Origo Calami ex ferro vnde

In illud Matth. *Vidimus Stellam eius.*

Cham iniquus in impiũ vſum pij Adami Sethique calamum

vertit, ac scelestas artes ad posteros post diluuium transmisit.

ad posteros, quasq; ipsemet piè ante didicerat simul cum ijs quæ ad vtilitatem vitę cōmunis spectabant, paruipendens, noxia quamplurima instinctu quodam Dæmonum adnotare non erubuit. His nanque cum superstitionibus ac sacrilegis artibus infectus esset, docuit posteros, vt sacra cultura diuini nominis derelicta, vel elementa hæc, vel ignē, vel aereos Dęmonas venerarentur, & colerent. His cum sciuerit nullum se posse hac rerum curiosarum notitia librum in Arcam prorsus inferre, in qua erat vnà cū Patre iusto, ac sanctis fratribus ingressurus, scelestas artes, ac profana cōmenta diuersorum metallorum laminis, quę scilicet aquarum non corrumperentur iniuria, & durissimis lapidibus insculpsit. His demum diluuio peracto quæ celauerat eadem curiositate perquirens, sacrilegiorum & perpetuæ nequitię seminarium transmisit in posteros. Quibus deinde maleficiorum artes, atque præstigias superstitiones ab eo audacter institutas derelinquit. Et hac ratione illa opinio vulgi, qua credunt, Angelos maleficia hominibus tradidisse, in veritate completa est. Hactenus Cassianus, introducens Serenum Abbatem Authorem antiquissimum. Cui congruunt quæ S. August. & Petrus Comestor recitat de 14. Columnis, septem æreis, & totidem lateritijs, artium scientiarumque Canonibus insignitis, à Chamo Noemi filio erectis. Epiphanius in Panario suo meminit certi libri intitulati *Reuelatio Adæ*, quando Deus imisit soporem in illum. Et vt Augustinus contra Faustū mentionem facit cuiusdam libri Genealogiæ filiorum Adæ, vti & pænitentiæ Adam, qui tamen à Papa Gelasio sunt declarati tanquam apocryphi. Thomas Torquemade in suo Hexamero Thomam Aquinatem libro *de Ente & Essentia* citat, alteriusque cuiusdam codicis meminit ab ipso Adamo compositi, scriptique in lingua Hębraica de omnibus & singulis mundanarum rerum virtutibus. Siquidem Protoplastus præsagus mundi per diluuium perituri, ne artes & scientiæ vnà cum humano genere peirent, laminis saxeis incisas, cistæ lateritiæ contra aquarum vim inclusisse, vt ea inuenta, apertaque filij posteri haberent quo imbuerentur. Mercurium tandem Trismegistum illum Codi-

Ex collat. 8. cap. 21. Cassiani.

Lib. 18. de Ciuit.

Petrus Comest.

loco citato.

Perperā nonnulla traduntur ex libro D. Thomę de Ente, & Essentia.

Codicem suis temporibus inuenisse, indeque scientiam illam rerum omnium mirabilem, quam in operibus eius etiamnum veluti scintillis relucentem videmus, hausisse; imò S. Tomam hosce libros vidisse, legisse, eiusque libri vsu multa admiranda præstitisse refert. Quod falsum esse ex duplici capite probat Kircherius; primò, quia hæc omnia summo studio in Bibliotheca S. Thomæ Neapoli, vbi dicebatur esse exemplar *de Ente & Essentia*, de hisce & similibus tractans, inquirens, nec tamen quicquam inde inueniens, meritò multis rationibus conuictus, inania, & vana Astrologorum superstitiosorumque hominum commenta esse iudicauit. Secundo, si S. Doctor illos libros legit, quæritur qua lingua? aut quo characterum genere scriptos legerit? Constat autem dictum Sanctum præter Latinam, alterius doctrinalis linguę vix singularem notitiam habuisse. Loco cit.

Quidquid sit, etsi citati libri passim apocryphi habeantur, verisimile tamen est, hosce primos Patres suarum inuention ũ monumenta, qualicunque in materia calamo, vel plumæo, vel ferreo exarata, posteris dereliquisse. Quæ tamen successu temporum perdita, præter famam traditionemque posteris nihil reliquerit, loco autem eorum postea à curiosis scriptoribus, rebus suis ex tam vetusta scriptione authoritatem conciliare cupientibus, ficté hosce, quos citauimus apocryphos substitutos esse. Certè apud Arabes constans fama est librorum Seth filij Adam, & Iaret, eorumque passim meminere Gelaldin in historia sua vniuersali, Salmas Abulhassan, alijque. Hos sequuntur Samaritani, qui multa ex libris Seht & Enoch se accepisse gloriantur, vti videre est in fragmento quodam peruetusto Samaritano Vaticano Sophoniæ Monachi Gazensis, in quo hec habentur. *Adam instituit filium suum Seth, Seth mandata patris, institutaque libris comprehendit, quos & filijs suis posteris tradidit.* Æthiopum quoque genus maximè gloriatur libris Seth, & Enoch, legantur Recensiores de rebus Abyssimis. Enoch verò scripsisse libros adeò probabile est, vt de eo dubitare, maximè præsumptuosum, ac temerarium esse putem. Cum & huius mentionem faciat S. Iudas in Ep. sua Canonica, imò S. Augustinus id palam fatetur.

Astuta aliquorũ scriptorũ obseruatio, ac fictio.

Apud Arabes constans fama de libris Sethi.

Samaritani gloriantur de libris Sethi.

Liber. 15. de Ciuit.
Lib. de habitu Mulier.

 Ter-

Tertullianus occurrens ijs, qui dicunt librum hunc, si ante diluuium fuit scriptus, conseruari non potuisse, Iudæos hosce non recipere ideò ostendit, quod nimis apertè de Messia vaticinaretur, sicut eādem ob causam Rabbi Hakadosch Sacrosanctam Triadem apertius confitentem reijciunt. Quid autem *Calamus*, tam longa vetustate nobilissimus ante Cataclysmum per primorum Patruum manus in his libris scripserit, & de qua materia tractarit, Origenes & Procopius de libris Enoch eos continuisse aiunt multa vaticinia, videlicet de his, quæ euentura erant filijs ac nepotibus Patriarcharum, de futuris Hæbræorum sceleribus, & pænis, de Mundi Saluatore ab eis occidendo, de eorundem euersione, captiuitate, & dispersione inter gentes perpetua. Annius Comentarijs super Berosum Apocryphum ex Iosepho scribit, in eodem Enoch volumine fuisse celebre vaticinium de geminis totius terræ cladibus, altera per inūdationem, altera per incendium futuris. Origines apud Sixtum Senensem vnà cum Tertulliano tradunt argumentum libri Enoch fuisse præter prophetias de numero, & nominibus stellarum, & ipsarum secretis virtutibus, de descensu filiorum Dei ad filias hominum, de Gigantibus ex Angelorū coitu progenitis, de extremo iudicio Dei erga impios, &c. Porrò non desunt, qui ex illo Geneseos loco, vbi Enos filius Seth primus nomen Dei inuocare cępisse dicitur, apertè Scripturam nominis Dei tunc viguisse velint. Textus Hæbręus ita habet, *Tunc cæpit inuocare nomen Dei Tetragammaton, siue quatuor literarum.* Chaldaicus, *Tunc incæperunt filij hominum orare in nomine Dei mysterioso:* vel vt luculentius idem ex Ionathan, cui consensit alius Codex Syriacus, *Tunc cæperunt homines legere, & scribere nomen Dei.* Iosephus meminit Epistolæ cuiusdam, ab Alexandro Magno ad Aristotelem præceptorem suum scriptę de Sepulchro Cainā filij Enos in Ciuitate Persiaca inuento; cuius Epitaphiū libris Hæbraicis scriptam fuisse de diluuio futuro Alexander testatur. Sed hæc vti prorsus Apocrypha, ita ijs merito reprobatis ad argumentum, desumptum à ratione progrediendum.

Origenes. Procopius.

Lib. Num. homil. 18.

Gen. cap. 4.

Lib. 1. antiquit. cap. 11.

Quæ

Quæ hucusq; historia probauit de inuentione calami scripturæq; ante diluuiū, & ferè ab orbe condito, ratio ipsa dupliciter suadet. Nam primò cum ab Adamo vsque ad diluuium in illo annorū 1656. spatio Mund⁹ in imensū amplificatus, & tot⁹ penè non secus ac modo, Orientis angustijs tantamq; fęcundā humani generis propaginem minimè continentibus, habitaretur; fieri certè non potuit, quin vti genus humanum, ita & artes vitę humanæ necessarias maximè propagarent; maximū prætera commercium, sine quo humana societas conseruari minimè posset, vigeret; hoc verò sine literarum inuento institui haudquaquam posset, Rationi prorsus cōsentaneum est, credere, ante diluuium nullibi tam necessarium inuentum beneficio calami defuisse. Iterum cum potentium à sæculo virorum, Gigantumque ambitio magna vbique locorum incrementa sumeret, verisimile quoque est, ad laudem, nominis famam, diuinitatemque apud posteros adipiscendam, gesta sua, inuentaque saxis & lapidibus, vti paulo ante ex Iosepho ostentum est, incidisse. Imo Chamum filium Noemi centum circiter annos ante diluuium natum, cum curiosissimus & supra quam dici potest nominis gloriam apud posteros consequendi cupidissimus esset, normam & rationem, quam primæui isti homines cum in politica viuendi ratione, tum in artium reconditarum vsu teneret, diligentissimè signatam, Arcæque illatam ad alterius Mundi posteros transfudit, vt in sequentib⁹ Kircherius ostendit. Vbi agens de Libris, & scriptoribus primis post diluuium, hæc habet. Literas, scriptionisque inuentum ante diluuium in vsu fuisse, neque id aquis perijsse credibile est. Sed per Noemum, eiusque filios vtriusque Mundi spectatores ad posteros propagatum etiam post diluuiū vsque ad Mosen (quem multi, nescio quibus friuolis rationibus adducti, scripturæ primū inuentorem perperam faciunt, literæ enim & alphabetum literarū Ægyptiarum fuerunt ante Mosen) nullo non tempore viguisse cùm sacræ, tum profanæ eruditionis monumenta satis testantur. Quod probat pluribus modis ibidem. Itaque Calamus nobilissimum instrumentum dici debet

Argumētum duplex, desumptum à ratione pro antiquitate calami ante diluuium.

Alia ratio.

loco citato. cap. 2.

Nota.

bet & ratione suæ originis, & ratione scripturæ quam dextera Adami efformauit, & propter quam à rebus diuinis incepit, quemadmodum mox effecit per Sethum, & Noemum. Cham verò ex progenie sacrilega hac secunda nobilitate, sine qua prima degeneres filios, solū vetusto Auorum sanguine claros imitatur, Calamum expoliare incœpit. Vti in dies innumeri etiam scriptores Christiani (taceo impios dogmatigantes) efficiunt, nunc Poesi, nunc verò soluta oratione varijs linguis ea libris demandantes, quibus passim diuina parui faciunt, honesta, ac religiosa conculcant, conscientias labefactant, ac cōmune Reipublicæ bonum offendunt.

CALAMVS quoq; varietate materiæ tā suijpsius, quam etiā illius, in qua scribitur, cōmodissimum instrumentum, admirandumque dici debet. Nam licet quantum ad esse suum parū Calamus existimetur, tamen quantum ad artificalem vsum mira varietate insignitum, maximæ existimationis, ac Virtutis extat. De suijpsius varietate inquit Paulus Aresius, scribendi instrumenta fuisse antiquitus stylos quosdam ferreos, osseosue, vt refert D. Isidorus lib. 6. Etym. c. 18. Subditque statim, scripserunt etiam ait Dominus Antonius de Gueuara Franciscanus Caroli V. Theologus, Concionator, & historicus, ac Mondogneti Episcopus, in folijs penicillis, in cineribus digitis, in arborum corticibus cultris, & in lapidibus ferro; quæ instrumenta ratione scripturæ nomen calami generaliter vsurpant. De diuersitate autem materiæ, in qua Calamus olim scripserat, certū est, Ægyptianos sua velocissima consilia lapidibus efformasse, ac firma reddidisse, Græcos instar apium cera ea peperisse, Pergomenses membranis inuoluisse, Mēphim in Nili folia veluti in nido collocasse, Italiā in arborum corticibus abscondisse. Adstipulatur idem Aresius, inquiens: Etsi affirmetur, scripsisse Adamum, vt testatur Augustinus lib. 18. de Ciuit. cap. 38. non tamen scitur, qua ipse materia vsus esset: Sed nos superius eam ostendimus. Postmodum, sequitur, antiqui nunc in maluę folijs, nunc in arborū corticibus, nunc in tabulis, cera

Paulus Ares. lib. 1. discur. 2. hierog. 1.

Lib. 1. suū liter. ad Dom. Petrum Gitonem.

cera accomodatis, nunc in plumbeis laminis, nunc in pellibus animalium, ac intestinis, & super omnia nunc in celeberrimo papyro scripsere. Ex pellibus animaliũ confecta est charta pergamena, ita dicta à Pergamo Vrbe Asiæ insigne non procul à Caico fluuio, vbi inuenta est, & ab Attalo Rege, vt Æliano placet, vel Eumene, vt Plinius mauult, primũ Roma transmissa. Est & CALAMVS rerum multarum vtilitate vnicus, & hoc propter quinque admirabilia. Nam primò eius beneficio quę successiua sunt, fiunt permanentia. Quid successu, & incessu velocius allocutione, quæ temporis plumas volando adæquat? At quid mirabilius calamo, vt eo volente, ipsa firmetur, stabiliaturque, & neque à paginis, in quibus ab ipsomet semel fuerit ligata, discedat? Verum est, verba adeo aliquando fugere, vt impossibile sit, omnia Calamo attingere, omnia amplecti posse. Propterea quod vbi nonnulla prehendit, firmatque, reliqua ab eius intuitu protinus aufugiunt. Et tamen remedium in hoc Marcus Tullius adinuenit, modumque scribendi ita celerem, vt quemcumque velocissimum loquutorem adæquarit. In quò modo certis notis valdè breuibus, siue signis vtebatur, quorum quodlibet nunc vnum, nunc plura verba simul denotabat. Meminit Plutarchus, quamquam Dion in Augusti vita hanc laudem tribuat Mæcenati. *Aquila*, inquit, *libertus Męcenatis ab hero edoctus (qui primus notas celeres reperit) & scribere potuit velocissimè, & notas has etiam alios edocuit.* De huiusmodi scriptura, hoc modo à calamo exarata, loquitur Martialis.

Quinque de causis Calamus valde vtilis est.

Plutar. in Catone Vticense.

Currant verba licet, manus est velior illis,
Vix dum lingua suum dextra peregit opus.

Martial.

Ausonius quoque quendam scriptorem suum celebrat, eo quia parem celeritatem in scribendo ostenderit, epist. 22. vbi ait, *Puer notarum præpetum*, &c. Quia vero hic scribendi modus dubius erat, atque obscurus, multarumque litium occasio, idcirco fuit prius intermissus, moxque omninò dimissus. Verùm vbi neque natura, neque humanũ ingenium huiusmodi defectui

Y 2 sup-

supplere minime potuerunt, Gratia Dei mirabiliter hoc effecit, quod opus vt supernaturali volatu calamum eleuaret, nobilitaretque ad eam tantum spectabat. Magna laus est profecto, si velocitati linguæ calamus adæquetur, & maior omnino esset, si vno puncto illa comprehendere posset, quæ lingua ex se amplecti minimè valeret. Et tanen hoc ei in scriptura sacra concessit Deus, aiente Propheta *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. Nimirum inquit S. Remigius, *sine mora multa comprehendentis. Sunt enim scribæ quidam, qui vno puncto totam dictionem, vel orationē comprahendunt*. Nec alij hi scribæ esse possunt, nisi qui ex Dei afflatu calamum exercentes 22. literis hæbræo idiomate 22. libros quoque in veteri lege composuere; in neoterica verò qinque, de quorum postremò testatur D. Hieronymus in Prol. Galeato, *Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ*.

Psal. 44. S. Rem. hic.

Secunda causa.

Secundò res etsi aliunde valdè longinquæ ac remotæ, virtute calami fiunt proprinquissimæ. Sic amici, imēnsa locorum regionumque intercapedine distincti, calamo adinuicem mutuoque obloquuntur, ac si vicini essent; cum nihil sit, adeo à nobis remotum, quin medijs literis tanquam si presens fuisset cognoscatur. Sic absque eo vt patriam nostram deseramus, calamo id nobis præstante, res Indicas scimus, inter quas hanc vnam in præsentibus dignam scitu existimo. Dux quidam Hispanus per quondam suum Indum mancipium quatuor illorum animalium, quæ in ijs partibus *Vtias* vocantur, suntque valdè cuniculis nostris similia, amico cuidam misit. Bonus homo ab obiecto præsenti vehementer allectus (erant enim optima coctura parata) duo ex illis comedit, duo verò Patroni sui amico attulit. Respondens hic mittentis Ducis literis per eundem, & vt mox erat in certis arborum folijs, quas dicunt ibi *Coppet*, duo tantum animalia se accepisse, fassus est. Vix Patronus amici epistolam legit, quod statim ignominiis quamplurimis mancipium onerauit, increpauitque, dicens; serue nequam, captiue impudentissime, quid fecisti? Quare mediam muneris partem

Exemplum memorabile.

Vide Maiolū colloque. 23. pag. 548. col. 2.

partem & non amplius amico meo dedisti? hoc folium mihi dicit, ac certiorem facit, te duas *Vuas* tantum illi portasse, cæteras verò comedisse. Territus ille, ac simul magna affectus admiratione, non ausus est veritatem negare, propriam culpam non confiteri, ac veniam pro ea expostulare. Quare per totam eam insulam hoc euentu promulgato, contigit, vt Indiani omnes nonnisi de Cappei folijs circũfuso murmure inter sese obloquerentur. Neque illi appropinquare posthac amplius volebant, cum verba facere oporterent, pauebant enim, ne quidquid ad inuicem coram ea dicturi essent, mox eius folia Christianis aperirent.

Tertiò potest Calamus effic ere, ne muti loquendi vsu priuentur. Nam virtute characterum, ab eo formatorum, valet tacentium animi, cordisque aperire conceptus. Hi enim etsi à lingua sonum habeant, vt auribus subijciantur, à calamo tamen colorem, corpusque acquirunt, vt visus tactusque, quorũ alter omnes sensus præcellit, alter vero licet auditu mobilior non sit, eo tamen certior est, subiectum efficiantur. Quartò Calamus quoque quæ præcesserunt, vt præsentia nobis essent, efficit. Quicunque antiquorum temporum historias percurrerit, quid aliud in eis reperiet, quam euentus præteritos, quos certè longa annorum curricula, ni calamus fuisset, omnimodæ obliuioni protenus demandassent? Quidque aliud facit, quam facinora innumera ac vetustissima, tanquam si ante oculorũ corporeorum aciem præsentia haberentur, scriptionis vi à temporis faucibus, omnia deuorantis eruta, intueri? Quintò Calamus demum est, qui res mutabiles, ac corruptibiles vt perpetim durarent, maxime audet. Qua de re solent scriptores immortalitatem illis promittere, quorum nomina calami robore suis scriptis inserunt. Qui mos inter Historicos, Oratores, ac Poetas semper viguit. Quemadmodum Idomeo amico suo Epicurus absolutè promisit. *Si gloria tangeris, inquit, notiorem te epistolæ meæ facient, quam omnia ista, quæ colis, & propter quæ coleris.* Vnde motiuum quoque sumpsit Seneca scribendi suo Lucillo hoc modo. *Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto,*

Tertia causa.

Epicurus ad Idom. amicum suum scribens.

Epist. 21. lib. 2.

mutto, Lucili. Habeo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere. Istud idem lepidissimè etiã explicuit Tibullus.

Quem referent Musæ, viuet dum robora tellus.
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.

Neque prętereundum multiplex aliud miraculum, quod de Calamo afferri potest. Nam primò inter omnia, quæ admirationem inducunt, illud præ cæteris esse semper excogitaui, quod à Calamo media scriptura inter homines euenire solet, characteres efformando, ac simul sententias exprimendo. Scribens enim vnusquisque in re corporea, incorporei animi sui effigiem sine lineamentis imprimit, doctum à minus docto, & inscium à doctore discernimus, maleuolum à beneuolo, accuratum ab ignauo, prudentem ab imprudente, iram, amorem, affectus omnes, etiam siquis adnitatur velamine aliquo obtegere, suis tamen sese literis prodit. Artes astusq; ipsos in ipsis scripturis ac stratagemmata & multorum temporũ gesta paruo folio Calamus recenset. Tepor, liuor, fraus, sicut solertia, hilaritas, & animi candor calamo exprimuntur. Calamo rerum omnium creationem, totius humani generis cursum quasi exsculptas rerum omnium imagines conspicimus. Deindè quid audiri potest admirabilius, quã vt quæ soli Deo secreta sint nota, possit paruulâ chartâ notissima Calamus reddere? Hinc illud est, vt sacræ literæ, quas Calamus exarauit, Scriptura per antonomasiam nuncupentur, quod occulta Dei, qui cælos inhabitat, nobis in terram degentibus per eam innotuerint. Ac dum hæc loquimur, non admiror papyrum, chartam, marmora, tabellas ligneas, quibus Aquilonares quidam vtuntur, ne vnquam obliterentur, vt Olaus scribit, admiror vim latentem, quam etsi animus efficienter verbis imprimit, calamus tamen instrumentaliter, ac materialiter literis demandat. Nam & D. Hieronymus ad Marcellam scribens admiratur cum dixit, *Scriptorũ libri ingeniorum effigies & vera, & eterna monumenta sunt.*

Scripturæ, quam Calami beneficio habuimus, inuentor est Deus, idcirco quanta admiratione sit suscipienda scriptura etiam

Maiol. ibid.

Ol. lib. 1. cap. 11.

D. Hieron. ad Marcellã.

Calamus efficit libros, & effodit thesauros incõparabiles.

etiam quælibet profana, auctores ipsi nos docent, quando inestimabiles inde diuitias multos fuisse consecutos comemorant. Vnde enim tantum prærium Virgilio collatum, vt multis talentis donaretur ob vnum scriptum, recitatumque Æneidos sextum librum, vt memorat in eius vita Seruius, & ex illo Budęus de Asse, assentitq; Pet. Hispan. Eadam præterea ex causa ob vnam scriptam orationem viginti talentis donatus est Isocreates. Plinius Senior Electorum Romanorum volumen vnũ conscripsit, continens centum sexaginta comentorios, acuro ac delicatissimo calamo minutissimè à se conscriptos, & tamen potuit, cum procuraret in Hispania, vendere hoc volumen Largio Licinio 400. millibus numum, cum tamen nondum integri omnes essent comentarij, vt memorat posterior Plinius scribens ad Marcum. Cui accedit, quod libri Sybillini tanti vendiri sunt, teste Lactanrio, Cumana enim Sybilla cum nouem conscriptos libros ad Tarquinium Priscum Regem attulisset, ac pro eis trecentos Philippos postulasset, Rexque aspernatus pretij magnitudinem, derisisset Mulieris insaniam, illa in conspectu Regis tres combussit, ac pro reliquis idem pretium poposcit. Tarquinius multò magis insanire mulierem putauit, quæ denuò, tribus alijs exustis, cum in eodem pretio perseuer aret, motus est Rex, ac residuos trecentis aureis emit. Calamus demum miraculis suis potentissimè quamplurimos magni nominis Principes, & alios peritos allexit, vt ingenti studio instruendarum bibliothecarum affecti essent. Ipse nanq;, auctore Demetrio Phalereo, Ptolemæi Bibliothecam ducentis librorum millibus ditauit. Quem deinde ingentem thesaurum Cæsare Ptolemæum debellante, ob Pompeij necem deuorans ignis consumpserit, vti & cuntigit quoque memorebili Bibliothecę Constantinianę, centum viginti librorũ millib⁹ instructę, ex causali incendio, vt Zonaras habet in Basilisco. Diuitias quoque pretiosissimas, omne pretium superantes, effudit Calamus Alexandriæ, cuius Bibliothecæ aliquando, vt Orosius meminit, quadrigenta librorum millia tradidit. Hæc equidem ab initio, at postea septingenta millia continuisse traditur ab

Seruius. Budæus. Plin. lib. 7. c. 30. De falsa Relig. lib. 1. cap. 6. Oros. lib. 6. c. 15 & 16.

Amm. Marcell. lib. 22.

Amiano Mercellino; sed non videbatur is numerus Regiæ tantum congruum Maiestati, quandoquidem etiam singulares personæ compertæ sunt, quibus triginta librorum millia in Bibliotheca essent, quod postea perspicuè visum est in Pamphili Bibliotheca, quam ad triginta duo millia numerari ex vetustis auctoribus Iacobus de Columna, & Antonius meminerunt. Alias pariter Bibliothecas mirabilibus suis Calamus impleuit ac nomitatissimas effecit, nec non ante artem typographicam viros doctos plures, sacros profanosque extulit. Eumenes Attali filius supra ducenta librorum millia conquiri, & in hædinis pellibus describi iussit, vnde Pergamenis chartis à loco nomen inditum est. Samonico quoque Sereno, qui Gordianum Iuniorem discipulum testamento hæredem inscripsit, fuere libri ad saxaginta duo millia. Celebres etiam antiquitus extitere Bibliothecæ, Atheniensis, Constantinopolitana, Antiochena, atq; Hipponensis. Calamus, dextrâ Orignis positus adeò illius ingenij scribendi fluuium omnibus admirabilem emanare effecit, vt quemadmodum Ruffino ad Macharium videtur, (licet contradicat Hieronymus, sequutus indicem Eusebij Cęsariensis, qui omnia illius opera complectebatur) ad voluminum sex millia conscripserit. Admittamus Originis calamum non scripsisse duo, aut tria librorũ millia, vt placet Hieronymo, quomodo non admirabimur Salomonis calamum illum eiusq; eruditionem incredibilem, quem constat tria millia librornm composuisse de parabolis, ac quinque millia librorum de Canticis, præter alios innumeros de naturæ rebus, vt ex Iosepho hausimus, ac recolit Sixtus Senensis, qui etiam tradit exusta omnia fuisse à Nabiozardam Chaldæo. Longèque magis admirabimur Mercurij Trimegisti Calamum, quo vir ille triginta sex librorum millia quingentos viginti quinque, Iamblico teste, composuit. Sed hunc pleraque profana, superstitiosa scripsisse constat, non ita de Salomone censendum, quatenus ex ijs, quæ supersunt animaduertimus. Calamo verò sacro propter scripturam sacram, quæ antonomasticè scriptura dici debet, cæteræ non item, ob diuinis Numinis auctoritatem, nihil esse debet admirabi-

Titul. 8. c. 2. § 9.

Hieron. aduersus Ruff. Apolog. lib. 2. cap. 6.

lib. 8. ant. lib. 2. Bibl. Sanct. in Salomone.

Ex eodem Sixto lib. 2. in Ægyptijs.

rabili*, nihil quoque venerabilius; & qui eius ſcriptis abuſi ſunt, mox Deũ ſenſere vltorem. Nam Theopompus mente captus eſt ob id quod ſacræ ſcripturæ leges ad Grȩcorum profanum vſum traduxiſſet: ſed & Theodotus cum tragædias ſcribens, ad quandam fabulam è ſcripturis ſanctis nonnulla traduxiſſet, lumine captus eſt; vterque tamen pænitens orationibus ad Deum fuſis, placatum Deum eſt expertus, eaque de cauſa Ptolemæus Rex Sanctam Scripturam, è qua animarum ſalus tota pendet, cum omni ſtudio aſſeruandam curauit, vt refert Euſebius in præparatione Euangelica lib. 8. cap. 1. in fine. Calamo ſucceſſit vtraque ſcriptura, nimirum ſacra, & profana, & vtrique ſcripturæ ars impreſſoria, quæ nec ſine calamo eſſet, ſicut hic ſine ipſa, quæ in Europa anno 1442. Moguntiæ incepit, & 16. deinde qui fuit 1458. Romam primò in Italiam iuit, nec ſine calamo inciperet, licet tantũ vno die ab vno homine literarũ imprimi ea compertum ſit, quantum vix toto anno à pluribus ſcribi poſſet. Itaque celeberrimo Calami volatui nouas addidit alas, gratam ſe reddens tam magno benefactori, typographia, quibus agilius peruolans, factum eſt, vt linguȩ curſum pertranſeat, omnes diſciplinæ ab eo paginis datæ, breui emicent, linguæ ipſæ omnes breui innoteſcant, ac omnium ſcientiarum volumina (vnde maximè tot Bibliothecæ in Europa florent, vt Vaticana Romæ, Marciana Venetijs, Regia Pariſijs, & Florentina, ſuperſunt etiam & aliæ hodie memorabiles, vt Fuldenſis, Erfordienſis, Viennenſis, Bauarica Monachij, & aliæ permultæ) etiam egenis ſtudioſis per cõmode ſuppetere poſſint, atque plurimorum auctorum ſcripta ab interitu vindicata ſint. Verum ſemper maioris exiſtimationis fuerunt quæ Calamus ſine typis, quam quæ cum typis tradidit, eo quod precioſiſſima quæq; non omnibus cõmunia exhibuerit. Etiam hodie incõmodiſſimum impreſſoriæ arti videtur eſſe, aliquod volumẽ peculiare paucis & maximè alicui magno Principi porrigere, vt rarum opus carius teneretur: quod tamen calamo faciliſſimum eſt, atque cõmodiſſimum, imo & ipſi ſoli conceſſum. Manuſcripta virorum illuſtrium vigilantiori cuſtodia

Volaterr. lib. 33. Polid. Virgil. de inuent. rerum lib. 2. cap. 7.

in Bibliothecarum scrinijs asseruantur, quam si essent impressa. At vt vno tãtum disticho cõcinna anthitesi elaborato innumera instrumenti, ad scribendum apti encomia claudam, merito cum incerto quodam scriptore canendum.

Ex Incerto de Calami excellentia.

Res vilis CALAMVS, res preciosa, superba
Et si res humilis, paruaque magna simul.

Proculdubio illarum rerum memoriam, quæ dum libris demandantur, Principum grandium nomini, ac posteritati plurimũ conferunt, statim cum sonitu periret, ni vt viuerent, characterum spiritu viuificarentur. Scriptorum pennis quæcunque Fama perenniter volat. Gladius solus, quantumuis strenuus atq; inuicibilis, sine calamo, laureis frondibus illi colligato, neq; vnum Cæsarem efficere posset. Neque Cæsaris facinora adhuc totum orbem circuirent, si iunctum sibi calamum non haberent. Austriaca Fama, quam Austriaca PIETAS, septies sibi suisq; fortunata, Deo & mundo peperit, vt ad æthera eleuetur, meo pergraui ac rudi calamo haudquaquam indiget, quemadmodum eo indiguit, qui cum à quamplurimis doctis, clarisque viris non vno scribendi modo, ablato omni vanitatis fuco, exerceretur, eam ad Im̃ortalis vsque solium sustulit. Quæcunque, siuè Italicè, siue etiam Latinè (hanc linguam parum in Scholis didici, sed hic in Germania, & in hac 52. annorum ætate sub isthoc Austriæ Archiduce, cui ex mera superiorũ obedientia inseruio, aliquantò, tribus annis vix transactis, ex me apprehendi) de Austriacis rebꝰ meus Calamus scripsit, vel posthac, Deo fauente, scripturus est, non omnia profectò, sed ea tantũ sibi arrogat, quæ omnimodã imperfectionẽ præseferunt. Quæ verò aliqualiter bona, neq; omninò contemnẽda videntur, illi soli nõ secus ac simul perfecta tribuantur, de quo quilibet Christi discipulus profitetur. *Omnis donatio bona, & omne donum perfectum è supernis est, descendens à Patre luminum.* Axioma illud, inter Philosophos adeò celebre, *Quod est primum in vno quoq; genere, est causa cæterorum*, quid aliud docet, quam sum̃am primamq; Veritatem à qua deriuari humanam quamcumque, licet nimis eleganter, atque ingeniosè scriptam, pro comperto habeatur?

Ex vtroque Cæsar.

Author quid sentiat de sui scriptis.

Ep. Can. Iacob. ex Vatablo.

Omne

Omne verum, inquit D. Ambrosius, à quocumque dicatur, à Spiritu Sancto est. Modus enim rei non variat rem iuxta Philosophorũ regulam. Siue ergo meus calamus Austriaca merita, aut soluta oratione, aut Poesi, nullo mercenario cogente stimulo, nullo iactantiæ impellente fomite, in vtroque idiomate, Italico dumtaxat, Latinoue, concelebret, siue alia monumenta, paginis demandanda, conscribat, semper Augustini monitum religiosa fide seruare studebit. *Qui non laudat* (inquit S. Doctor) *mendax est, vel quia de suo loquitur, cum mendacium loquatur, vel quia, si veritatem loquitur, dum sibi tribuit, mendax est.* Quodcunque ad Pietatem Austriacam calamo, veritatis studioso reducibile, nihil aliud, quam Dei gloriam, Ecclesiæ Catholicæ incrementum, bonumq; politicum, Christianæ Reipublicæ generaliter necessariũ complectitur. *Ex quo apparet*, ait Seraphicus Doctor, *quod laudator diuini nominis non debet esse timidus, vt laudare non audeat, nec tumidus, vt laudare erubescat, sed virilis, & humilis.* Ab hac igitur virilitate, & humilitate calamus meus æqualiter ductus, ad cætera, quæ pro complemento huius secundæ partis scribenda sunt, nulli parcens labori nullum otiosum Momũ, aut detrahentem Aristarcum (Numina, nominaque, à doctis viris, humanis defectibus generosè ignoscentibus, spreta) expauescens, animosè pergit.

Corinth. 1. 12. & D. Ambros. ibidem.

August. Psal. 55. super illud In Deo laudabo sermones meos.

Vide D. Thom. 1. 2. q. 106. ar. 2.

S. Bona. cap. 11. super Lucam.

SACROSANCTA EVCHARISTIA.

Cuius Bona Gratia *Austriacam Pietatem Ecclesiæ Romanæ genuit, cælesti Fortuna famulante, coronata Iride Austriacæ Pietatis Triumphum protegit, firmatque.*

VEluti auitum Gentilitium sibi ab suo conditore RVDOLPHO hæreditariò penè transmissum Austriaca ac triumphans PIETAS tam Germana, quam Hispana explicet EVCHARISTIAM, & ab hoc vt perfectius in orbe terrarum super Catholicam quamqunque Europę gentem, sanguinis

guinis, ac dignitatis serenitate claram, eminoret, ortum suum diuinum omninò recognoscat. Cumque maximè præcipua eius fortuna tantam gloriam, tantamque celsitudinem medijs Matrimonijs consecuta fuerit, par sit, eam vbique locorum, quotiens per eadem matrimonia, triplici victoriâ trino hoste iam subiugato, triumphatricem miro modo se exhibebit, tale Gentilitium palam facere. Cui si mihi liceret accomodam inscriptionem addere, illud idem vsurpare posse crediderim, quod Iacob de filio suo Aser prophetico ore, eum benedicendo, protulit. *Aser Pinguis est Panis tuus, & præbebit delicias regibus.* Non poteram ipse aptiori sanè, quam Iridis figura, Eucharistici Epulii ea coronati, hanc indigitare pinguedinem. Iridis inquam, cuius tres principes colores Diuinitatem, Animam, & Carnem Christi significantes, vt plurimi Interpretes autumant, vinum, oleum, ac frumentum, sicuti superius diximus, auspicantur. Quadruplex pinquendo ab isthoc Angelorum pabulo, spiritualis scilicet, & corporalis, temporalis, æternaque abundè profluit. Regis delicias, quas præbet comuniter, aut dignè eum manducantibus, aut egregia fide, filiali reuerentia, ac humilitate adorantibus, aut inuicta Religione, & Catholica magnanimitate in virulentissimos aduersarios, spretis omnibus, proprio sanguini, quin & ipsimet vitæ, ne dum caducis comodis famulantibus, defendentibus, ij feliciter adipiscuntur, qui Cæli ciues sunt *cum Christo regnãte*, Regesq; illius regni dicuntur. Attamen quia Prophetica allocutio vtroque sensu potest capi, in quantum ad venerandam Synaxim refertur, non ita feliciter, & antequam inter mortales extaret, & postquàm extiterit Austria Domus, euentus aliquis copia rerum, Regum, Cæsarum, Monarcharum delicijs hac in vita abundantium, refertus, a sæculo est visus, aut auditus in alijs Familijs, coniectandum est necessariò, oraculum illud singillatim Austriam Gentem respexisse, cui propterea *Suum* fecit *Panem Vitæ*, nimirum tanquam Stema, ac insigne, peculiariter sibi debitum.

Gen. 49.

Ex Perier. in Genes.

Glos. Moral. in Gen. 49.

De

De vera credulitate erga Seruatorem nostrum, sub speciebus panis & vini, iam tota in vtroque sustantiâ supernaturali vi transsustantiatâ, absconditum, hæc iecit mellifluus Orator. *Quam oculata est fides, quam lynceos oculos habet; cognoscit Dei filium lactentem, cognoscit in ligno pendentem, cognoscit morientem, proinde etiam agnoscit sub accidentibus latitantem.* Hic vltimus gradus, quò in fine crescit Sanctissimi Abbatis oratio, omnibus antedictis excellior videtur, Vnde Augustinus. *Quæ enim esset merces fidei nisi lateret quod credimus? merces autem fidei est non videre quod credimus: mirabile ergo misterium Christi sedentis in dextra Dei, subtractum est, vt speraretur, occultatum est, vt crederetur.* Sed explicitius D. Thomas hanc maiorem Dei occultationem in *Hostia salutari*, quam in rebus alijs expendens, ac cum ea sublimius per fidem merendi munus, ait, *Velatum dare voluit Domi nus corpus suum, quia in hoc potius credere verbis suis, quam sensibus nostris, magnum habet meritum.* Scio Catholicis Magnatibus tam in veteri Testamento, quam in nouo erga hoc *Fidei Mysterium*, ibi figuratè, hic vero re, Pietatem in Deum plurimum temporaliter profuisse. In impiorum Dominorum domibus firmam semper ærumnæ habuere mansionem, in illis verò Piorum transeunter tantum, quemadmodũ in sequenti Gentilitio, si placuerit Cælicolis, demonstrabitur. Verum PIETAS EVCHARISTICA Austriaca ad insolita obsequia, vltra solitum reuerentiæ secularium Principum vsum, perueniens, vt mox exemplis probabitur, insolitam quoque vtrorumque bonorum, vtrumque hominem, interiorem dumtaxat, exterioremque inspicientium, pinguedinem, insuetasque Regis delicias, nulli Mundi familiæ adhuc concessas, merito adepta est, conspicuis copulata coniugijs. Quare dum *Aser* interpetretur *Beatus*, Austrio generi, Eucharistica Beatitate in hac vita decorato, cælesti auspicio, diuino inspirante Flamine, forte magnus Patriarcha illis verbis, *Aser Pinguis est Panis tuus, & præbebit delitias Regibus* locutus est.

D. Bern. ser. 2. de Epiph.

S. August. in Psal. 109.

D. Thom. in opusc. cap. 7.

Argumentũ Thopicum.

Psal. 32. Eo vel maximè quia Psalmographus cecinit. *Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, populus, quem elegit in hæreditatem sibi.* At si nullius Stirpis in rebus Pietatis ac Religionis ita dominus est Deus, si nullus Populus ita electus videtur in hæreditatem sibi, sub rerum exiguissimarum, ac parui prętij speciebus circumuelati, sicut Austriacæ Stirpis, sicut Austrię Populus vbiuis sibi Catholicè subiectus: Ergo Beata gens Austriaca, nec non & præcipua ditata Beatitudine, vbi suus Panis, (suus, inquã, quia peculiari fecunditate eam peperit, muniuit, protexit, magnum nomen tribuit, felixque omen; & vt esset Austria quasi eadem cum semetipso effecit, Austriaque semper ad suimet auxilium & tutamen hæresi debaccante, vocitauit, quæ omnia triplex anagrãma statim subijciendum miruminmodũ suadet) tam pinguem eam reddidit, tantasq; regales delicias profuso Clementiæ amne cõmunicauit.

Hic. id est in loco specierum.

EVCHARISTIA.

Anagramma.

HIC AVSTIÆ.

AVSTRIÆ *&* HIC *Genitrix, Munimen & inde moratur:*
Austrius hicque Pius nomen, & omen habet:

In Syllaba hec non adest diphthongus: quod potest admitti.

EVCHARISTIA.

Anagramma.

HEC AVSTRIA.

Hec Pietas æterna, HEC AVSTRIA, *ad astra reducens*
Quicquid in Austriacis Religionis erit.

EVCHARISTIA.

Ana-

Anagramma.

CIE AVSTRIA.

Orcus, Sanctæ Panis, dum tantos prouocat hostes,
Quis te conculcent, AVSTRIA *Marte* CIE. Austria, hoc est, res Austriacas.

Primus *Afer*, qui in Gente Austriaca tanquam arma Gentilitia incruenta libamina Sacramenti Altaris constituit, quique nouo reuerentiæ paradigmate ingentia munera, non dum alijs Stirpibus concessa, magnæ Pietatis iure profudit, Rvdolphvs Habsburgicus Protoplastus, ac fundator eximius extitit. Huius rei euentum alibi Italicè à me fusè rescriptum, & nimis breuiter Latinè, in hoc loco Maiestati tuæ enarrare valdè congruum esse existimo. Quotquot recensiores super historiam de Rudolphi venatu, obij facti Sacerdoti, Viaticum rustico cuidam deferenti, legi, quorum tantum quinque, vel sex ad plus habere potui, ex Francisco Guillimanno, vt video, eam mutuarunt. Guillimannus verò ex antiquis, vt ipse ait, & probis manuscriptis ipsam desumpsit. Codices tamen calamo tantum adnotati circa annorum supputationem inter se hac in re minimè concordant. Quod idem Guillimanus aduertit his verbis. *Acta sunt hæc* A. D. N. M. CC. LXI. *Quamuis VVernherus Schedelerus tabularius, & prætor Bremgartinus, & Chronicon vnum è Tigurinis 14. ante annis euenisse adnotarint, certa res, de annis vt discrepent.* Conueniunt tamen omnes in facti substantia enarranda. At præcipui sectarij Guillimanni sunt Aubertus Mireus S. T. D. Licentiatus, Protonotarius Apost. ac Sereniss. Isabellæ Claræ Eugeniæ Austriacæ, Hispaniarum Infantis Sacellanus in opusculo suo de Bello Bohemico, ab imperatore *Ferdinando* II. fæliciter acto. Abbas Dominicus Monasterij Murensis, qui in Generatione IX. Originis, & Genealogiæ Comitum de Hasburg, Rudolpho II. hæc iecit. Porrò *Rudolphus* exemplum proaui sui *Alberti* Comitis laudabiliter æmulatus, raram atque eximiam erga Sacrosanctam Euchari-

In Ferd. Carolo. Prosa 3. Confid. I. & primò in Pan. Poet. Gentilit. 1. pag 201. & vlterius.

Habsburgica lib. 6. cap. 4.

Aubertus Mir. in op. de Bello Bohemico.

Abbas Dom. Gen. IX. pag. 107.

STIAM, eiusque ministrum Pietatem, reuerentiam, honorem atque munificentiam ostendit, eaque ratione sceptrum Romani Imperij consecutus preclare docuit, quam bonus, quamq; diues esset Guntrami Comitis de Altenburg Sextaui sui ramus. Rem non ita procul à Monasterio nostro Murensi, & ab eiusdem Aduocato gestam, hic meritò duximus recensendam verbis quidem Guillimanni &c. Itaque ab Alberto Romano Perleone Frangipane, proauo suo, cui adoptiuè Guntramus diues sextauus erat, quiquè parentum Anicianorum mamillis hanc Pietatem cum lactis dulcedine suauiter biberat, non solum reuerentiam prædictam, humilitatemque didicit Rudolphus, verum etiam nouo ædificationis exemplo dilatauit, ac in toto Mundo prædicabilem reddidit. P. Gans eàdem breuitate vsus est hanc eandem historiam annuendo: sed maiori Cornelius Vitignanus Neapolitanus, nec non & Genealogia, æri incisa à VVolfgango Kiliano Eiconographo Augustæ. Dom. Gregorius Bulzius ex Somaschen. Congregat. totum euentum breui quoq; & simul ingeniosè amplexus est, tam in illo Elegio de Rudolpho Cæsare, quam bino epigramate. Primum est.

Pietas Rudolphi erga Eucharistiam auorum Aniciorum Pietatis æmula.

In ann. arb. 1. sui arboreti. De stirpe Austr. Italicè impressa Imag. 1. in Rud.

SACERDOTI EVCHARISTICVM LIBVM deferenti equum cedit.

Gregor. Bulz. in Rudolpho epigramm. 2.

Sacra pedes defert ægro libamina Mystes,
Tardat at implicitos vnda vadosa pedes.
Desert erisoni Princeps mox terga veredi;
Mystaque festinus trans vada sessor abit.
Cede locum terris, Princeps generose, Tonanti
Cede: tibi in terris cedet & ille suum.

Alterum

EQVO SACERDOTIS VECTORI NVNquam insidet.

In eodem epig. 3.

Officiis defuncta piis iam tergore belua
Iussa petit dominos nullo equitante lares.

Vt

Vt sacra magnanimus veneretur tergora Princeps,
Hoc vehitur nullo tempore Sessor equo.
Libertatis abit donatus iure veredus:
Ad pompam viuit bellua, non ad opus.
Non fecit fors ipse Deus, quæ munia obiuit,
Vt sentiret Equus? Magne Rodulphe facis.

Mireus citatus, & P. Hortensius Pallauicinus Mediolanensis aliquantò plus excursum protrahunt, id, quod in Cæli fastis memoriam beabit, insigni expostulante facinore. Isthoc modo sub ductu Guillimannico nunc vnus, nunc alter, nunc os meum loquitur. Nobile venationis ocium, quod tantæ rei fortunatum initium dedit, non secus ac sorti incomparabili Eustachij siue Placidi, genere, opibus, & militari gloria inter Romanos celebri, ac sub Traiano Imperatore Magistri militum titulum merenti, quo officio paulo ante hanc rem in Aula Othocariana Regis Bohæmiæ functus cum laude magna erat, Comes Rudolphus tunc assumpsit ex Pallauicino, cum assurgens per diuersos victoriarum gradus (Guillimannus singillatius vbi supra bello Regenspergensi confecto, compositis Tiguri vt cumque rebus pace parata) citra fortunam Regiam Toparchæ Habsburgensi ad sublime fastigium rerum humanarum, ne quid in eo esset non magnum, ingentia ad Imperium effulsere auspicia de Cælo, ex adoratione AVGVSTISMI SACRAMENTI initiato ad adoratam à populis Augusti dignitatem: nimirum Austriacos. In Rudolpho pag. 41.

terræ dominos, pelagique futuros
Immenso docuit rerum de Principe nasci. Claud. de Theod. Augusti Gente.

Inde enim, teste Guillimano eodem, qui loci circũstantiam affert, ad Pontem Arulę, & Habsburgum Rudolphus concessit, paucisque diebus per requiem sumptis, otij impatiens, seu potius diuino nutu venatum cum aliquot nobilibus ijt. Ea in venatione, alijs aliò sparsis, dum & ipse (fortè die pluuio, & vijs fractis, ac sordibus ex Mireo, & alijs) prædam quærit, aut pręmit, tintinnabuli sonitus ad aures accidit, qualis deferenda Guill. loco. cit.

Quomodo Martyri Eustachio comparandus Rudolphus in venatione. In eius officio die sept. 20.

Sacrosancta Synaxi esse solet. Hic parumper ab historię rramite deflectens, Rudolphum, firmum ac cogitabundum intueor, ac in eo Eustachium simul. His nanque cum sese aliquando in venatu exerceret, ac fugientem miræ magnitudinis ceruum insequeretur, vidit repente inter consistentis ferè cornua excelsam, atque fulgentem Christi Domini è cruce pendentis imaginem, cuius vox ad imortalitatis vitæ prædam inuitauit. At vox Dei, incruenter ac memoriter cruci in Hostia affixi in illo æris sonitu ad maius spectaculum contuendum, ad magnas prædas captandas, statuum, regnorum, orbium terrarum; & ad durius, longiusq; spirituale martirium sine sanguinis effusione obeundum, Rudolphum præuenit. Nam cognoscendæ auidus rei flexo equo, quo sonus ferebat, eò iter subitò vertit, breuique torrentis in ripa Sacerdotem exuentem se offendit. Ex quo percontatur, quid ita, & ijs locis esset. Cogit me, inquit, ex proximo amici valetudo compendia sectari, ne morbo superante sacris destituto, & vitæ mortisque arbitro, secus de salute si eueniat, in me culpa inhæreat. Huc cum adpuli, pontem auulsum reperi, eò ad trasuadandum vestem pono. Quid, ò pijssime Comes, his auditis cogitas? quid resoluis? Patiaris ne Dei seruatoris tui Ministrũ ac euectorem semiexutum & Cæli irrũpentibus ferè nimbibus expositum, non sine vitæ periculo inter murmurantis torrentis vortices pedestrem cernere? Dum hæc in tanto Equite, charitatis & amoris ardore interius repleto excogito, illud simul Torquati carmem de Erminia, Tancredum Apuliæ Principem in bello sacro, ab Argante Saraceno, quem singulari certamine idem occidit, pluries confossum, ac semimortuum relictum ex improuiso inueniente, hic afferre volo.

Cant. 19. num. 104.

A riguardar soura il Guerrier feroce,
La maleauuenturosa era fermata.
Quando dal suon dela dolente voce,
Per lo mezo del cor fu saettata.
Al nome di Tancredi ella veloce
Accorse in guisa d'ebra, e forsennata.

Vista

Vista la faccia scolorita, e bella,
Non scese nò, precipitò di sella.

Pernix est etiam Diuinus Amor, quem præcipitem D. Bernardus vocat. Hanc ipse eandem velocitatem statim in Rudolphi peperit corde: mouitque adeo eius membra exterius, vt mihi motiuum quoque dederit, eodem modo de eo Italicè canere.

Vibrò quell' orbe, Paradiso à Dio,
Dolce ardor, che non entra à vn core impuro. Panegir. 5. num. 50.
E predò la bell' alma al Prence pio
Co'l riuerbero suo Candido, e puro.
L'Heroe, posto se stesso in vago oblio
Per tai chiaror, che bei presagi furo
Di sue fortune, à quel vigor sourano
Saltò in terra, in arcion ferma la mano.

Repenteque non absque iusta in seipsum indignatione equo desiliens, ac ingenua procidens; Et me vehi, inquit, te qui Saluatorem meum portas, pedibus incedere, indecorum sit, atq; impium. Conscende itaque, & equum hunc cape. Paret Sacerdos, & præeuntem Comes capite nudato piè sequitur, dumque imperatoria non potest augustiori, equestri saltem pompa excipit ferculum triumphale, quod vbi ad humile ęgri tuguriũ deducit, nunquam luculentior Eques, quam cum hic ex equitte, pedes lutulentus. Reuerso post diuinæ rei ministro, & equum multa cum gratia, religionisq; & humanitatis laude restituente, Absit ego, inquit, illũ equũ inscendã, aut meorũ alius, quẽ Dominũ, & conditorẽ meum gestasse certum habeo. Quod si adeo pręter opinionem, aut tua merita hæc tibi à me venire censes, teque adeo munere indignum, pios in vsos adhibe. Illi nempè ego dedi & dicaui, à quo mihi honores & opes, vita, & anima. Auctor libri de Monasterijs agri Tigurini asserit apud eundem Guillimannum, Rudolphm non modò equum, quẽ insi-

Mir. vb. supra

Auctor libri de Mon. agri Tigurini.

insidebat, Sacerdoti tum donasset, sed bona, & possessiones simul assignasse, alendo in posterum in Sacerdotis eius paræciæ vsum equo; hocq; tam clarum & comemorabile pietatis & religionis exemplum accidisse inter Fare Monasterium & Aquas, cum per præteritum bellum Tigurum proficisceretur.

Eccl. Die Maij 17.

Ferunt Ecclesię Annales, Ioannem Etruscum Iustino Seniore Imperante sacrum summumq; Romæ rexisse Imperium. Ad quem Pontifex profectus Constātinopolim auxilij causa, quod Theodoricus Rex hæreticus diuexabat Italiam, cuius etiam iter Deus miraculis illustrauit, ei nobilis vir ad Corinthum equum, quo eius vxor mansueto vtebatur itineris causa comodauit. At factum est, vt domino postea remissus Equus ita ferox euaderet, vt fremitu, & totius corporis agitatione semper deinceps dominam expulerit: tanqum indignaretur mulierem recipere, ex quo sedisset in eo Iesu Christi Vicarius. Quamobrem illi equum Pontifici donauerunt. Verum Comiti Rudolphi facinus comemoratum longè equidem præcellit. Nam Rudolphus equum suum Sacerdoti donauit, vt cum Deifero homine non in eo Christi Vicarius, sed Christus ipse ascenderet, incederet. Voluitque vt neque ipsemet, neque quispiam alius eo amplius vteretur, tanta humilitate, ac reuerentia erga

Pall. loc. cit.

cælestes diuini Viatici Lautitias affectus erat. O factum verè regium, purpura dignum & sceptro, & dum Cælum stabit, atq; Austriaca Domus fundamento huic innixa Cælesti, non auro tantum, sed astris atque omnium sęculorum ambitu coronandum! Benè est beatèque, imo & basilicè. Euchatisticis sacris *Rudolphus* consecratur Rex. Accedit auspicijs oraculū duplex & plusquam humanum, plusquam Sibyllinum. Nam primò

Mireus loco cit.

idem Parochus munus equi admittens, mente diuinitus monitâ Comiti benè abeunti dixit, simulque Imperium Orbis ter-

Promissio duplex & quasi prophetica Rudolpho facta.

rarum ipsi, & posteris prædixit. Dein, auctore Guillimano, cum quo ferè omnes conueniunt, postero die Rudolphus ad Fare Monasteriū, quod inter Tigurum & Aquas situm Lindemago adiacet, & ad Sanctimonialem proprinquam ætate grandem inuisurus se contulit. Vbi eum illa Dei serua accepit, vultu sereni-

reniore, voce contentâ, & futuri securâ, At tibi ego, inquit, hesterna luce superos placatos, & beneuolos denuntio, proq; pietatis & liberalitatis officio, rerum tibi, posterisque summum & supremum in terris honorem, & opulentiæ fastigium affirmo. Læta, fausta, incredibilia promitto. Perge age, vti incæpisti viam, porrò insequere. Ad hæc statim subdit Guillimannus, Sacerdos verò is, de quo diximus, Archiepiscopi Maguntiacensis à secretis & officijs post factus, crebros de *Rudolpho* Habsburgensi sermones miscuit, non solum apud Maguntiacensem, sed alios quoque Principes eius virtutes extulit, illi per ea tempora paucos pares, neminem superiorem. Indeque Rudolphi super alia toto Imperio fama, & gloria donec Imperator concordantibus suffragijs pronunciaretur.

Quis fuerit Sacerdos, cui equum donauit Rudolphus.

Ioannes Cuspinianus Medicus, Orator, & historicus Maximiliani I. nullam huius tam illustris historiæ mentionem faciens, neque alterius, in sequentibus pro eodem Maximiliano, Eucharistica vi cælitus à periculo vitæ saruato apponendæ, loquitur hoc modo de Septemuiro Moguntino. Principes Imperij in Regem Romanorum Rudolphum concorditer eligunt, maximè annitente Moguntino Episcopo, quem olim Romam proficiscentem in itinere comitatus, duxerat, ac reduxerat incolumen. Gerardus de Roo, Ferdinandi Archiducis Bibliothecarius subscribit Cuspiniano, sed pro se citat vetus quoddam Chronicon Argentoratense, cuius auctor laudatur quidam Encardus; idq; qui Germanicè vertit Fridericus Closnerus Burggrauium Norimbergensem refert, reliquis Principibus parum inter se concordibus Rudolphum proposuisse, & assensos esse statim omnes: Rudolpho præ cæteris studebat Archipræsul Moguntius multa de ipsius virtute animique magnitudine prædicans. Hunc olim Rudolphus Roma redeuntem hospitio acceperat, & Argentoratum vsque duxerat, feruntq; tunc obtestatum esse diuos, ne mori se permitterent, antequam Comiti huic gratiam retulisset, quod tum maximè facere se posse videbat. Post hos Guillimannus composuit historiam suam Habsburgicam ad Cæsarem Rudolphũ II. cuius extabat

Cuspin. in Rudol.

Historiæ Austr. lib. 1 ad ann. 1273.

Consiliarius & Historiographus. Retulitque hanc, quam nondum illis notam præfati Auctores reticere. Itaque totum id quod prius de meritis ac virtutibus Rudolphi Moguntiacensis Antistes ab illo Sacerdote verbis audierat, experimento beneficiorum postea comprobauit. Quare duplici stimulo, amoris videlicet, & gratitudinis vehementissimè excitatus super negocio electionis Rudolphi in regem Romanorum, omne suum posse applicuit, remque euentibus secundis ad effectum suum ardentissimè ab se concupitum reduxit. Quæ ergo circa præsens monumentum, de quo agitur, alij post Guillimannum scripsere, in dubium reuocari non possunt. Hæc quæ retulimus, inquit ipse, in antiquis & probis manuscriptis reperta obticere consilium non fuit, rei raritate, & vaticinij euentu simul vt benefactorum prætia ostenderem, & quibus artibus magna sæpè Imperia parentur, retineanturque. Si eadem manuscritta ad manus Cuspiniani, ac Roo peruenta essent, proculdubio tam dignam enarrationē suis quoque scriptis inseruisset. Detumescant igitur magnus Romulidum Augustus, cui dextri fulminis fortuitus iactus, fortuna veluti principalis, iecit Imperij fundamenta: magnus Austriadum Augustus toto Deo fulminali, & igneo inauguratur tunc maximè, cum inflatis oculis Othocarianis, atque toruis obliguisque Hippolythi à Lapide obtutibus videtur minimus; nec supra cælestes orbes magnum per inanè spatiatur, sed EVCHARISTICO EPICYCLO clauditur. Quis iam neget, regium esse Deum venerari, cum Proceres ex Dei veneratione assurgant in Cæsares, alternantibus quasi radijs, & reflexo venerationis honore in Auctorem? Auspice EVCHARISTIA *Austriacorum Imperiorum* & *Regnorum*, quis non expectet Imperia, & Regna gratiarum, quæ in Austria sobole in dies propterea sobolescente elucent, Principesque hominibus, & superis gratiosissimos? Quid non obligatæ Religionis speretur à magnis Austriacis, inaugurati maximi Religionis SACRAMENTI? Ita prima infantia Austriaci Imperij, tot deinde maximorum Regum Romanorum, Hispanorum, Hungarorum, Bohæmorum mater, ac nutrix lactari prius debuit

Loco citato.

Pallauic. ibid.

buit mammilla Regum, nimirum Diuinitate ipsâ tota lactea in libo Cælesti.

RVDOLPHVS iste, ac Religiosissimus Heros, mirandaque Prosapiæ tuæ, O Philippe Rex magne, ac pijssime, radix instillauit è Stirpe in Eucharistico succo Austriæ familiæ arbori Augustissimæ nobile alimentum, quo medijs matrimonijs semper viuat, & floreat, ac triumphale antitodum aduersus hæresim, in hoc Diuinũ nectar, vt eum inficeret, si posset, sacrilega venena ructantem. Iuit MIRACVLVM illud in totam Rudolphi gentem. Iuit hæc Virtus agitata in succedaneos Horoas. Exarsit exemplo suo coronata posteritas, quæ priusquam per *Philippum I.* tritauum tuum in Ibericas oras, vt isthic nouo orbi dominaretur, monarchicas propagines extenderet, præcipua cupidine in MAXIMILIANO I. cordialem ignem fouit, cuius vi, ne tota soboles, eo solo extincto, extingueretur, seruata miruminmodum, & hisce verbis apud comemoratum Hortensium legitur. Prima ætas, ait, gemino prodigio è Cælo consecratur suma & Maximiliani Pietate, & Numinis Prouidentia, vnde stetit in vnico Stirpis Augustę traduce, in quo tota spes posteritatis germinabat, Austriaca Propago, seruatumq; est primigeneâ Eucharistici Epuli religione, qua fundatum Austriacum Imperium, eâdem vi seruante ferè semper sicuti alia omnia, ita etiam regia germina, quæ feliciter produxit. Cum enim è confragrosæ rupis supercilio, quo Maximilianum adhuc ephebum procul à Palatinis Proceribus, qui lateri adhærebant, alijsq; asseclis honorarijs, & circumpedes comitantibus, æstum venationis per accliuia, & decliuia Oenipontanorum istorum montium rapuerat, penderet, inaccesso prorsus, & imperuio, nec pedem inde retrahere posset, vlliusque ope iuuari hiante infra sexcentorum pedum crepidine, ad diuinum prorsus consilium confugit.

In *Maximil.* I sed hanc historiã nondum apud alios Auctores, qui eiusdem gesta ex proposito / scripsere, potui reperire, licet per omnium ora cõmuniter circumferatur.

Anno 1472. Maximus venationis efflagaror. Maximilianus.

Acciri iubet (audiri enim vox loquentis poterat) Sacrum Mystam, qui sublime Eucharisticum nectar delibandum saltem oculis, exiberet, sperans salutari illo Viatico etiam tantùm adorato, tutum sibi fore, aut ascensum ad Cælum, aut descensum in

13. April. Insigni miraculo ex cultu Augustissimę Eucharistiæ seruatur Maximilianus Cæsar.

Nota.

in terras, eò paratus ire, quo rerum Dominus & Cæli terræque Imperator Dei nutus inclinaret. Ita tota Austriacæ Domus imensa Moles miserando spectaculo, inter Cælum terramque libratam, è cubitali Montis vertice (vocant hunc Montem accolæ Germanicæ Martins-Wandt/ quod interpretatur Latinè, *Mons S. Martini*) ruitura nutabat; si tamen nutare poterat Domus, quæ licet totius ferè terrarum Orbis circumferentia coronata, centrum habet in Cælo, atque ipso firmamento firmatur. Impositus montibus innocens Gigas, passis manibus piè Cælum expugnat. Euocanti itaque è Cælo auxilium Regio Impuberi Deus liberalissimè annuit, & addito prodigio cumulatissimum indulsit. Accurrere è Cælesti Aula iubetur Angelus sospitator (illum fuisse piè aliqui autumant, quem eius custodiæ à primò vitæ limine in hac peregrinatione terrena Deus destinarat, omnium horarum comitem) sub montani pastoris persona abscondens nobilem Cæli formam, qui liberato Augusto Principe, statim sese omnium oculis eripuit, ac sibi se reddidit qualis spectatur à solis superis, rusticanum hominem exuens, coloresque nostrates. Ephebi regis *Pietas Eucharistica* adeò feliciter causam suam Cælo, è quo cum proximus illi esset, puriorem spiritum hauriebat, probauit, vt supra vnum Fabium Maximum maior, vnicus tot Heroum Hæres, tot Cæsarum, & Regum germen, stirps ad columen Austriacæ Domus, Germanici Imperij, Hispanæ Monarchiæ, ac ferè dixerim Orbis terrarum seruari mereretur. Hem quanto Miraculo testatum videmus Eucharistiam Augustissimum *Palladium* esse Austriacę Domus, quæ toties prodigia patrauit ingentia ad *Taumaturgum* Cæli *Panem* accurrens in extremis rerum articulis. E quibus speramus erutum prorsus audire Seren. Ioannem Casimirum legitimum Poloniæ Regem, ac etiam iusto titulo Suециæ, cuius Rex Gustauus Adolphus modernus hoc solo tituli pretextu, veluti non iure vsurpati, Regnum inuasit, ac penè tyrannicè breui occupauit. Speramus inquam è tot discriminibus Pijssimum Regem Casimirum, tuum, ò Rex Catholice, è sanguine muliebri patruelem, ac inde Austriacum, erutum audire, Domitore

Apparet ei Angelus sub montani pastoris persona.

Hic scribit Auctor quæ circumferunt noua Polonica pro Sueciç Rege nimis luctuosa.

nitore omnis impietatis, in Hostia sacra latinante, vt Hostes suos edomaret, barbarici occupatoris superbam vlciscente versutiam. Iam noua, pluribus hæbdomadibus firmata, afferunt, exercitum Polonum post multis præcibus, lacrimisque, ante Eucharistiam publicè expositam à Rege, à Regina Coniuge & à personis 300. probitate vitæ, ac spiritu deuotionis præcipuæ tribus ferè mensibus profusis, penè totum hostem profligasse: Adeo vt quamprimum sub eadem Sacramentati Christi tutela, (per quam identidem Austrij Princeps cum aureo ore, omni fiducia cælesti armati dicere possunt, similibus mergentibus periclis: *Tanquam Leones ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo* & eius sectarijs *terribiles, & caput nostrum mente reuoluentes, & Charitatem, quam erga nos ostendit)* victoriam omnimodam de tam formidoloso inimico obtinere firmiter speret. Ac porro Diuina auspicia prosequi, arma vertere in Suecos, horumq; regna poteri, vt quemadmodum iusto titulo, ita etiam reapse suus Catholicus Rex Rex Sueciæ vocari possit, ac debeat. D. Chrysost. homil. 61. ad Popul. Ant.

Ergo, vt redeam ad Maximilianum, scit iam cui Astro gratias debeat, siue nascatur siue seruetur Austriaca Familia. O grandem, robustamque *in Regio Impubere fidem*! O palmaria tyrocinia triumphalis *Austriacæ Pietatis*. Posteri creditis? est ne factum in tota antiquitate religiosius? Sed credite res ita gesta est. Adhuc prodigij locus in celsissimo propè hanc Ciuitatem Ænipontum monte, liberatâ periculis viâ, quà ad Italiam itur, signo cruciarij Christi è cruce pendentis insignis obsidem Austriacæ Pietatis, ac testem miraculi, quem pluries non sine cordis teneritudine atq; oculorum fletu ipse conspexi, memoriam consecrat, & illhac prætereuntium admirationem trahit prouocatque venerationem. Non alius erigendus erat, qui seruaret tanti prodigij Eucharistici granditatem, transmitteretque in æuum nobilem famam Obeliscus & Colossus, quā Crux, Christo Patibulato signata. Stabit ruinosum *Oenipontanum* hoc tanti triumphi *Capitolium* æternis cum illo monte radicibus abyssum præmens, Cæloque sublime & solium Austriacæ Potentiæ sustentabit. Initiatus magno prodigio MAXIMILIANUS impu- Locus prodigij propè Æniponum.

 bes

bes ad omnem felicitatem cæpit adolescere, & ad omnem virtutum apicem conuolare, religiosiori ad Regnorum inauguratione ex adoratione *Eucharistici Solis*, quam olim Persarum Monarchæ solis nostratis aspectu.

Genus Dei sumus. D. Paul. in Act. Ap. c. 17.

Tam maxima huius Augusti adolescentis Pietas erga omnium Sacramentorum SACRAMENTVM, totius boni Ecclesiæ Catholicæ Principumque Christianorum Seminarium, eorumque Genesis, charitate Diuinitatis ac Humanitatis Christi perpetim resplendens, adhuc firmiter imperat, regnatque per omnes mundi partes, Europam, Asiam, Africam, Americam suis in Nepotibus. Nam eam cum pia stirpe PHILIPPO filio religiosè tradens, hoc deinceps ad Hispaniam per Pronepotes, ibidem Monarcicè regnaturos transtulit, in Germaniã verò per eosdem, ibidem imperatoriè dominaturos, firmauit. Inter plurima CAROLI V. exempla, verè cognominis Fortunati pro hac Pietate digni, illud præsertim memorandum, quod Bulzius cecinit, proposito argumento.

QVOTIDIE PLVRIES SACRO INTEREST.

In Carolo V. Epigramm. 6

CÆSAR adoratas bis se prosternit ad Aras,
Libat vbi summo Mysta Sacrima Deo.
Hic stat, & intento spectans libamina vultu,
Cernuus offerri bina holocausta videt.
Quippe homine est vno viuens plus CAROLVS orbi,
Is quoque plus vno vult Pius esse viro.

Audierat fortè Carolus, Magni nomenclaturam, ad quam ipse Christiano, Austrioq; spiritu inhiabat, maximè ex hoc opere, vt mirabilius eius nomen æternitati elucesceret, votis suis pulchrè arrisurã. Si enim Ecclesia inter facinora, quib⁹ Heroas suos magnoperè publicis in sollẽnitatibus celebrat, magni illud facit, quo eos singulis penè dieb⁹ celebrasse cõmemorat, Magnũ quoq; ex eo CAROLVM bisauũ tuũ, ò Rex, existimabit Catholichismus, quod pluries sacro interesse voluerit, licet vastissimi regiminis imẽnsis aliundè negotijs assiduisq; curis irretit⁹ implicatusq;.

Erat

Erat Carolus Archidux, erat Rex, Imperator erat & Monarcha, ac ferè duorum Orbium Hæres erat; at quia erat simul & Austriacus Princeps, ne aliquam maculam Auorum Pietati inferret, ac basim suæ Domus sortis aliquantò debilitaret, semel & iterum in vno quoq; die attentè, ac deuotè Sacrosancta Mysteria humiliter adorare nunquam intermisit. A quibus postremò edoctus, tantam sapientiam diuinitus ebibit, quanta requirebatur, vt, omnibus iam spretis ac dimissis regnis, Magni cognomentum ad summum Catholicæ Fortunæ apicem perduceret. Eandem Pietatem auitam, ac paternam PHILIPPVS Primogenitus, ac hæres emulatus est, quam deinde filio suo, ea de re cognomine Pio, hęreditario exhibuit, hicque Maiestati tuæ. Idcirco (quamplurimis alijs relictis exemplis, quę hic afferre possem) adhuc posteritas illud in tanto Archiduce, ac Monarcha, opere, sermone, & calamo potentissimo, admiratur, quod narrant eius egregiora monumenta. Nimirum, aperto capite, cuius nutibus nutans Orbis terrarum regebatur PHILIPPVS II. Solem de Cælo æstiuis flamis illud euerberantem, dum comitaretur circumductum in festo agmine Diuinũ Epulum, negauit esse inhumanum, vbi tam humanus est Deus, reijcitque vmbellam, quam suggerebant Proceres Palatini. Et certè sine vmbra merebatur tam luculenta Austriaci Monarchæ Pietas in aperto esse, sub gemino Sole posteritati omnium sæculorum. Superstes in te, ò Pijssime Hæres, ista dum viguerit erga diuinam Synaxim Hispana Pietas, scias hiperbolem in te illam, quam de Callimaco strenuè pugnante, ac intrepidè quamuis penè semiuiuo, & expirante, tamen stante ingentem hostium impetum reprimente, afferunt quamplurimi ex Plutarcho, *Totam Asiam sustinuit, nec cecidit, mortuus est & stetit*, in simplicem veritatem transire. Numen enim Eucharisticum, Munimen quoq; Austriacum non minus ac Progenitoribus tuis tibi factum, spirituali tui Catholici pectoris robori, quo tot Catholici excercitus ad irruentiũ eius hostium molimina compescenda incessanter dimicãt, vim nouam pręstabit. Vt proinde tot Principes aduersarij tecũ isthac totam Domũ tuam quamcitius

Pall. in Rudop. 1. de Philipp. 2.

Plutarc. de Callim.

ruiturā festiuè credentes, qui, vt prȩstò eius excidium cernerent, ne amplius eorum obstinata, ac desperata coniuratio, ad tribunalia Sanctæ Sedis eruenda, ad iura Pontificia confundenda, conculcandaq́; & ad bona Ecclesiastica immaniter depopulanda adeò propensè anhelans, reprimi possit, quotidiano, ac iniusto labore desudent.

Postremò, ò Rex, intuetor in hac Germania consanguineos tuos Eucharistico Verbi, caro facti, pugione, qui suorū inimicorum sanguine inebriatur, firmissima Pietatis dextera in eosdem armatos. Aspicito Protoparentis Rudolphi Pietatem Sacramentalem in Ferdinandos mirificè translatam. Catholica, quæso, perfundito hilaritate, præeuntem contemplans ante *Eucharisticum Manna* Ferdinandum I. Impauidum, proaui tui Caroli V. Germanum fratrem, dum *Arca* vera feratur Legislatrix, fronte augusta floribus coronata, pium carmen emodulantem, & de hæreticopoliticorum (non licet hic nomina ista diuidere, quæ rarò seiunguntur) superbo supercilio triumphantem. Lætator etiam maximopere, quod idem penè magnæ venerationis, & humilitatis facinus, quod generosè patratus est, & quo posteros suos Magn⁹ Genearches Habsburgicus edocuit, bini Ferdinandi, alter Patruus, alter verò tibi Patruelis, ille Cæsar cognomento Pius, hic autem Archidux Oenipontanus, ac Strenuitatis, & Prodigalitatis (quæ duo in rebus martialibus nonnisi euentus mirabiles semper pepererе) titulis verè dignus, pari Religionis exemplo opere compleuere. FERDINANDVS II. Imperator *Constans* impietatis propugnator, è nemore in Templū properans, Eucharistiā, quæ morituro adferebatur, comitatus est. Hinc Cycnus ille sacer Nouo-comensis dulci, ac graui stylo, quo compendiatim nouo canendi modo res gestas 12. Cæsarum Austriadum complexus est, hæc in 2. Epigramate de eodem Cæsare, qui in libello suo, Ticini Regij impresso, est vltimus, quemadmodum primus est Rudolphus, subdit.

Bulz. in Ferd. II. Pio, quem Constantem nominat.

Discursat venator equo Rex Austrius, audit
Cum campana Sacris ære tonare sonis.

Alibi datum in lib. Ital.

Solli-

Sollicito per tesqua gradus volat inuia Princeps,
Perque vepres aperit, qua licet arte, viam.
Templa subit tandem; que liba suprema feruntur
Ægro inopi, rutila cum face subsequitur.
Ponè Sacerdotem luteas Rex intrat in ædes,
Pascendoque inopi poplite flexus adest.
Plaudas æger inops: tibi quidnam excelsius optes.
Rex Augustus adest hinus in Æde tibi.
Sed tu plaude magis Pietas: & inhospita oberrans
Venator Cæsar per iuga, præda tua est.

Antuerp. in presso in calce proix 3. paneg. 2.

De FERDINANDO CAROLO Archiduce quæ testata sub iuramento accepi, & anno 1. meæ exiguissimę, licet obsequentissimæ seruitutis hac in aula, & hac in Ciuitate euenerunt, tibi præsento, ac simul totam Epistolam claudo.

IVRAMENTVM.

SAcramentum Regis abscondere quidem bonum est: *verùm quia Dei est ad gloriam suam magna reuelare quæ fecit; sic eam manifestè quasi reuelare voluit in festo S. Antonij Abbatis* XVII. *Ianuarij anni præsentis* M. DC. LI. *Dum nimirum ego post prandium, media secunda circiter,* VENERABILE SACRAMENTUM *ad ægrotam & piam personam portans, armamentariolum (vt ita vocem) vbi sclopeti, retia, casses, atque aliæ res venatoriæ ad quotidianam recreationem asseruantur, transiens, Serenissimo nostro* FERDINANDO CAROLO *Archiduci genua piè flectenti benedictionem communem prima vice impertirer: prouisa illa persona, mihi domum redeunti idem & cum suis Aulicis propè Ædem S. Crucis occurrit: equoq; statim exilienti in media platea, cœno, lutoque referta, denuò flectenti, secundam ei benedictionem elargitus sum; qui deinde cum suis vsque ad Ecclesiam humillimè comes factus est, cum omnium summo Pietatis exemplo.*

Mihi verò Ecclesiam cum Venerabile ingredienti, inopinatò indicta est sequens formalis benedictio, & antehac mihi ignara: quę in vna hora fuit tertia. Quia fecisti hoc, FERDINANDE CARO-

LE, sis benedictus, viuas in æternum, & Deus det tibi de rore Cæli, & de pinguedine terræ, sicut dedit RVDOLPHO. *Quam benedictionem etiam altiori voce soluto super Serenissimo proferebam. Reponenti verò mihi Venerabile in suum locum, denuò internè admonitus his formalibus:* Vade, & dic Serenissimo hæc formalia benedictionis verba oretenus, vt ipse sciat, seque herede amantissimo donandum, si ita perceperit.

CONCLVSIO.

HAnc satis multum compaginatam epistolam, ò Catholice Rex, eodẽ quidẽ modo prolixa ac molesta enarratione superplenã existimarem, nisi rerũ varietate ad tantã foliorum molem calamum valdè ineptum, ac humilem cohibuisset, quemadmodum & Quasconi disticha, de quibus Martialis.

Mart. in Quasc.

Et tu Quasconi disticha longa facis.

Disticon vnum, binis solum versiculis & non amplius cõpactum, plerumque ad plurimi temporis intellectum propter incredibilem sui obscuritatem non absque ingenti tedio acuta ingenia defaticat. Non secus etiam, quotiens neque proposita materies rerum contentarũ scriptionem excederet, neque scriptio materiem, literæ longhæ breues possunt dici, & vt tales legi. *Cumque tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre munusculum, susceptum opus* De Pietate Austriaca septies sibi fortuna, ac totidem suæ fortunata posteritati (ad quod argumentum, nondum ab alijs tentatum, res omnes Austrias reducere, Deo dante, proposui) *deserere nolui*, cuius II. Gentilitium, vt ratio tam meæ promissionis, quam tuæ dignitatis expostulabat, *tuo potissimum nomini consecraui*, vti quamprimum Principi meo, ac Patrueli tuo propter eandem causam tertium consecrabo. Quæ verò Italicè scripseram paulo ante quam in hanc Aulam, anno 1651. die verò Iunij 24. Natiuitatis Præcursoris Christi dicato, Maiorum meorum impellente salutaris obedientiæ mandato, apule-

Ex D. Hieron. lib. 1. ep. 46. ad Experiũ Episc. Tholosanum.

Tangit Auctor quoddam opus suũ Italicum ad res Austriacas spectans, cui titulus, *Galeria Sancta*.

pulcrim, nondum explere potui. Operis inuentio, cuius prior ac posterior pars est completa, sub titulo hoc GALERIA SANCTA, temetipsum, ô Rex, habet pro basi, tuum nanq; nomen, atque agnomen Italum, PHILIPPO QVARTO RE DELLE SPAGNE, *Hec transpositis literis, nec non & vnica solum consonante in vocalem mutata, vno tantum versiculo*

Singillatim continet.

Qual Sol in te la Fede porporegi.

Atque explicitius.

Mentre risplendi, ò gran Monarca Ibero,
Con quel Pianeta, ch'all'eterno giorno
Apre gli vsci, oue corre, e par legiero
Strale, il fedele, à far con Dio soggiorno.
E mentre il tuo si glorioso Impero
Offre à nemico horror perpetuo scorno,
Ricca di rare Idee., di vaghi fregi,

Qual Sol in te la Fede porporegi.

Itaque tuæ Catholicę Fidei Sol in commemorata GALERIA tot simulacra, varijs modis ære sculpta, exhibebit, quot Cælestis Sol, lustrando Zodiacum, christallinis Orbibus, pręsentia sua imprimit, exprimitque. Expleui pariter calamo Etrusco Cæsarum Austriacorum vitas, quam scriptionem intitulaui, *L'Austria Cesarea*, secundum promissa, Lectori facta in literis liminaribus operis citati Autuerpiæ, vbi quatuor Austrias me compositurum promisi, videlicet Cæsaream, Archiducalem, Monarchicam, Dominatricem, quibus potest addi & Regiam. *Tua* ergo *beneuolentissimę* Maiestatis *erit non eruditionem meam, quæ vel nulla vel pauca est, sed pronam*, deuotam ac iuridicam *in te suscipere voluntatem*, acceptare paupertatem, adiuuare pusillita- Ex D. Hier. ibidem.

 tem,

tem, vim calamo, te Mecenate, porrigere, *vt ad cætera procedes, & in longo scriptitationum campo currere coborteris. Grandes materias*, quas res Austriacæ, cum sint maximæ suapte natura varijs modis congeminant, *ingenia parua non sustinent, & in ipso conatu vltra vires ausa, succumbunt: quantoque maius fuerit, quod dicendum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum verbis non potest explicare.* Quod tunc facilius id solet proculdubiò contingere, quando gestorum Principum scriptor aliquis haud mercenarius ea ad maiorem Dei gloriam Orbisque orthodoxi ædificationem, ac historicæ Veritatis splendorem seculis mandare exorsus est. Tamen vtrum illorum fauor, sine quo paupercula, licet aliundè reuerentialis, ac animo diues seruitus confestim viribus destituitur, inceptum opus sit prosequuturus, vehementer obdubitat, & obdubitando cruciatur; & dum cruciatur, se quoque exinanitam profitetur.

Ex eodem lib. 2. ep. 22. in princ.

FINIS.

EPISTOLÆ DEDICATORIÆ,

Ac simul totius tractatus Pijssimi Generis Austriæ Colossi, eiusque Victricis Pietatis Triumphi.

INDEX RERVM
OMNIVM NOTABILIVM,
Quæ in his duabus partibus continentur.

A 2 Te-

Lam-

est

FINIS.